UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

De Vsuris. Tit. XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95280

Visual Library

rum in inuentione eiuſdem rei, iuxta ſuprapoſitam reſolutionem, ſed ſolùm procedant quando eorum nihil impenſum eſt, tunc enim gratis reſtituere tenetur inuentor, vt poſt Bart. *in d. §. qui alienum*, & eſt poſt Alber. & Iaſ. *in d. § ſi tibi*, & poſt alios alibi reſoluit Couar. *d. §. 3. num. 3.* Azeued. *l. 6. num. 55. & 60. tit. 15. lib. 4. nouæ recopil.* Anton. Gomez *tom. 3. var. cap. 5. ſub num. 3.* Leſſi. *d. cap. 14. num. 66. & 72.* Molin. *d. tract. 2. diſp. 83. num 6.* Rebell. *d. quæſt. 20. num. 3.* bene inſuper aduertens poſſe inuentorem recipere iuſtè & retinere datum etiam ob ſolum reſtitutionem rei ſine vllo labore, aut impenſis inuentæ, ſi tamen legitimè appareat ſaltem ex coniecturis id ſibi gratis, & ſponte à domino datum fuiſſe.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Fur occultus poteſt poſt reſtitutionem & pœnitentiam ad ſacros ordines promoueri.*
2 *Calicem rapiens ſacrilegium committit.*
3 *Confeſſus ſponte mitius punitur.*
4 *Criminoſi & infames occulti ſi promoueri voluerint, non debent aliqua ratione prohiberi.*

## CAP. Ex litteris V. & fin.

*Alexand. III.*

1 FVr occultus, id eſt, de quo non eſt nota, & infamia manifeſta, facta ſatisfactione, & ſaltem aliqua parte pœnitentiæ, poteſt ordinari ſi illud non obſtat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 142.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag 683.* remiſſiuè Ximen. *in concord. part. 2.* refertur ab Anton. Auguſtin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 26. cap. 7.*

2 *Calicem quendam in Eccleſia*, &c.] Et ita rapiens Calicem ſacrilegium committis ratione rei ſacræ, de quo vide Leſſi. *de iuſtitia lib. 2. cap. 45 de ſacrileg. n. 15. cum ſeqq.* Soar. *de relig. tom. 1. tract. 3. de ſacrileg. lib. 3. c. 5 à n. 4. & cap. 6. à princip.*

3 *Si ſponte confeſſus.*] Ergo mitius punitur qui ſponte confeſſus eſt, de quo vide Tiraq. *de pœnis temper. c. 30. à princ.* Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 60. verſ. non deſunt*, Direct. Inquiſit. *part. 3. commento 12. tom. 12. col. 5.* Farin. *in praxi crimin. quæſt. 81. num. 26. & 172.* Mar. Antonin. *var. reſolut. lib. 3. reſol. 20. verſ quartus, & reſol. 35. n. 2.* Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in commentar. ad c. 3. num. 1. diſt. 50.*

4 *Ad ſacros Ordines non dubites promouere.*] Notatur ad hoc, quòd criminoſi & infames occulti ſi promoueri voluerint, non debent aliqua ratione prohiberi, vt per Bellet. *diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de diſciplina cleric. §. 10. num. 36.*

## *De Vſuris.*

## TIT. XIX.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Ioan. Andr. latè Mar. Socin. Anchar. Butr. Panorm. Aloyſ. Riccius *collect. 2045.* Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol. 144.* Ioan. de Londris *in breuiario ſanctorum Canonum, fol. 181.* Petr. de Rauen. *in compendio iur. Canon.* Martin. Meſnar. *in epitome Decretal. fol. 186. verſo*, Dan. Venat. *in analyſi methodica iur. Pontificij à pag. 662.* Goffred. & Hoſt. *in ſum. huius tit.* Alex. Caſſan. Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Lancell. *in inſtitut. Canon.* Barthol. Carthag. *in expoſit. titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris eccleſiaſtici enarrat. pag. 399.* Caniſ. *in ſumm. iuris Canon.* Caſarel. *in erotem. eiuſdem iuris*, nouiſſimè Ioan. Honor. *lib. 5. ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Luſitan. *lib. 4. tit. 67.* vbi parens meus, & apud Caſtellanos *l. 4. tit. 6. part. 1.* vbi Gregor. Lop. & *l. 1. tit. 2. lib. 8. Ordin.* vbi Perez & *l. 4. tit. 6. lib. 8. nouæ recop.* vbi Azeued. Clar. *in pract. §. vſura*, Couarr. *var. lib. 3. cap. 1. cum ſeqq.* Nauarr. *in manu. cap. 17. num. 206. cum ſeqq. & in comment. de vſuris ad cap. ſi fœneraberis 14. quæſt. 3.* Viuian. Soar. Kirchou. & alij *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 22. pag. mihi 595. cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſu 398. & de præſumpt. lib. 3. præſ. 122.* D. Barboſ. *in l. 1. part. 1. ff. ſoluto matrimon.* Caſp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 3. quæſt. 4.* Felician. *de cenſib. lib. 1 cap. 5.* Cur. Philipp. *part. 2. lib. 2 cap. 1.* Decian. *in tract. crimin. lib. 2. c. 27.* Morl. *in emporio iuris part. 1. tit. 8. quæſt. 68.* Vela *de delictis cap. 38.* Gutierr. *canon. l. 2. cap. 18.* Maſquard. *de infidelib. part. 1. cap. 11.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 91. & 92. in nouiſſ. edit.* Ioſeph. Seſſe *Aragoniæ deciſ. 148.* Don. Garc. Maſtrill. *Siciliæ deciſ. 106.* Bobadil. *in ſua politica lib. 2. c. 17. num. 42.* Valaſc. *conſ. 56. num. 2. & conſ. 70.* Pradil. *in ſumma legum pœnalium lib. 1. c. 32.* Bernardin. Muſcatel. *in praxi crimin. tit. de vſuris*, Cardoſ. *in praxi iudicum & aduocat. verbo vſura*, Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſionum collect. 2732. 56. 622. 138. 2045. 2046. & 2078.* Galganet. *de iure publico lib. 1. tit 43.* Rendina *in promptuario recept. ſentent. tom. 1. n. 127. de vſuris*, Paul. Layman. *in theologia morali lib. 3. tract. 4. c. 16.* Et de vſuris integros tractatus ediderunt Alphonſ. de Villagut, Laurent. de Rodulphis, Orbo-manus, Lup. Geminianus; circumfertur quoque volumen continens tractatus illorum trium eruditiſſ. virorum Petri Gregor. Alphonſ. à Neapoli, & Lælij Zecchij. Item Theologi de vſuris agunt *in 4. diſt. 15.* vbi Gabr. *quæſt. 11.* & Mai. *quæſt. 29.* D. Thom. & eius interpretes *in 2. quæſt. 78.* Sot. *de iuſtit. lib. 6. quæſt. 1.* Conrad. *de contractib. tract. 2. per 37. quæſtiones.* Medin. *de rebus reſtituendis ex vſura*, D. Antonin. *part. 2. tit. 1. c. 6. cum ſeqq.* Angel. & Roſel. Sylueſt. Armil. Caiet. & cæteri Summiſtę *verbo vſura*, Petr. Nauar. *lib. 3. de reſtit. part. 2. c. 2.* Bonacin. *de contractib. diſp. 3. quæſt. 3. puncto 1.* Et ex doctiſſ. Patribus Societatis IESV, Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 303. cum ſeqq.* Leonard. Leſſi. *eod. tract. lib. 2. c. 20. dubit. 4. cum ſeqq.* Rebell. *de obligat. Iuſtitiæ p. 2. lib. 8. de vſuris*, Azor. *inſtit. moral p. 3. lib. 5.* Valent. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 44. cum ſeqq.* Ioan. de Salas *de contract. tract. de vſuris.*

---

*SVMMARIVM.*

1 *Vſura eſt lucrifacere fructus rei pignoratæ fallit in caſu hîc excepto.*
2 *Declaratur text. in præſenti.*
3 *Vſurarum crimen ad Eccleſiam pertinet.*
4 *Vſuras faciens à clericatu reiicitur.*
5 *Fructus intelliguntur deductis expenſis.*

## CAP. Plures. I. *Alex. III.*

POſſeſſiones in pignus data pecunia accipiens, debet fructus pignoris deductis expenſis in ſortem principis

principalem computare, qua expleta reddendum eſt pignus liberè, & ſi non eſt expleta, ſi ſoluatur id quod reſtat, pignus reſtituere tenetur, alioquin eſt vſura. Item clericus, qui eſt vſurarius, deponitur ab officio eccleſiaſtico. Item ſi laicus aliquis habet iuſtè poſſeſſionem Eccleſiæ, quæ in beneficium clerico fuit data, poteſt clericus illam in pignus recipere, & non computare fructus, ſed pro ſe retinere, & non eſt vſura, quia ſuum recipit, vel ſaltem hoc modo reddit res ad Eccleſiam. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Anchar. Butr. Boich. Panorm. Bero. Henric. Caniſ. Petrus Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag.* 143. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 683. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15. *cap.* 1. & eſt poſt Concil. Lateran. *part.* 16. *cap.* 9.

2 *Poſſeſſio liberè ad dominum reuertatur.*] Id eſt, proprietas, quia cum ex contractu vſurario, qui eſt ipſo iure nullus, non transferatur dominium, vtpote lege reſiſtente; ideo actor ſemper manſit dominus, & pro recuperanda re ei competit actio rei vendicationis, vt per Valaſc *conſil.* 70. *num.* 8.

3 *Eccleſiaſtici officij.*] Ergo vſurarum crimen ad Eccleſiam pertineret, vt per Alex. *concil.* 29. *num.* 6. *lib.* 4. Deci. *conſ.* 170. Iaſ. *conſ.* 153. *lib.* 4. vide tamen inf. ad *cap. poſt miſerabilem, hoc tit.*

4 *Periculum patiatur.*] Ergo à clericatu reiicitur qui vſuras fecerit, vt per Bellet. *diſquiſit clerical. part.* 1. *tit. de diſciplina clericali* §. 10. *n.* 35.

5 In gloſ. *Deductis expenſis.* ibi, *deducendæ ſunt expenſæ, & quod ſupereſt eſt fructus.* Notatur ad hoc, quòd fructus intelliguntur deductis expenſis, vt per Tiraquel. *de retract. lig.* §. 15. *gloſſ.* 1. *in princ.* Xuar. *tit. de las arrhas num.* 6. Menoch. *remed.* 15. *recop. numer.* 574. Cott. *in memorab. verbo ſtatuto fol.* 721. Mexi. *in tract. taſſæ panis concl.* 2. *num.* 88. *cum ſeqq.* Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 12. *num.* 15. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *procem. numer.* 163. Gemin. *de vſur. comment.* 3. §. 6. *n.* 146. Ceual. *commun. contra commun. quæſt.* 893. *n.* 516. Perez *in rubr. tit.* 2. *gloſſ.* 1. *pag.* 17. *lib* 8. *Ordin.* & alios per me citatos *in tract. de appellatiua verb. vtriuſque iuris ſignif. appell.* 103. *num.* 22.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Recipientes ſortem ſuam, deductis expenſis, de poſſeſſionibus, vel fructibus arborum, quas in pignore tenent, poſſeſſiones ſuis dominis reſtituere debent.*

2 *Vſuræ omni iure reprobantur.*

3 *Creditor non poteſt ſibi retinere fructus pignoris, ſed debet eos in ſortem computare.*

## Cap. Quoniam. II.

1 RECipientes ex fructibus ſortem principalem, deductis expenſis, ad reſtituenda pignora diſtrictione Eccleſiaſtica ſunt compellendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hoſtien. Anchar. Butr. Henric. Caniſ. Panor. Bero. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 143. Alagona *in compend. iuris Canon. p.* 684. remiſſiue Ximen. *in conc. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15. *cap.* 4. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 16. *c.* 3.

2 *Periculum eſt vſurarum lucris intendere.*] Generaliter enim reprobantur omni iure, naturali, diuino, & humano, vt per Couar. *d. c.* 1. *num.* 3. *&* 5. Ozaſc. *Pedem deciſ.* 137. *num.* 7. Alphonſ. Caſtro *lib.* 14. *aduerſus hæreſes, verbo vſura*, Roland. *conſ.* 35. *num.* 26. *vol.* 1. Simanch. *de cathol. inſtit. cap.* 66. *à princip.* Anton. Scap. *de iure non ſcripto lib.* 4. *cap.* 169. *ex num.* 2. Spin. *in ſpeculo teſtam.* gloſ. *rub.* 13. *ex num.* 7. Mexia *in tract. taſſæ panis concluſ.* 2. *num.* 69. Gutier. *de iuram. ficonrmator. part.* 1. *cap.* 2. *numer.* 2. Alphonſ. Villag. *in tract. de vſuris q.* 3. *cum ſeqq.* plures Doctores refert Cened. *ad Decretal. collect.* 41. *num.* 1. quibus addo Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 15. Azori. *inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 2. Morl. *in emporio iuris, part.* 1. *tit.* 1. *in prælud. numer.* 47. *prope fin. & tit.* 8. *quæſt.* 25. *numer.* 11. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo vſura numer.* 2. Pradil. *in ſumma legum pœnalium, part.* 1. *cap.* 30. *numer.* 3. Caſtil. *quotid. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 13. *& lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 66. Bernard. Græuæ *ad practicam Cameræ Imp. lib.* 2. *concluſ.* 5. *in coronide*, Marta *in votis nouiſſ. deciſ. voto* 213. *numer.* 1. Molin. *de inſtit. tract.* 2. *diſputat.* 304. Rebell. *de obligat. iuſtitiæ, part.* 2. *lib.* 8. *quæſt.* 2. *ſect.* 2. *numer.* 8. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *à num.* 48. Ioan. de Salas *de contract. tract. de vſuris, dub.* 3. *art.* 1. Hieron. de Laurent. *Auenionen. deciſ.* 48. Camill. Borrel. *conſ.* 79. Rota *deciſ.* 114. *num.* 4. *& deciſ.* 296. *num.* 4. *& deciſ.* 307. *num.* 2. *apud* Farin. *collect.* 2. *nouiſſ.* aliàs *part.* 4. *diuerſ.* Chald. Pereira *de empt. cap.* 29. *num.* 23. De iure diuino veteri conſtat *in Exodo cap.* 12. *Ezechiel.* 18. *Pſalm.* 14. *&* 54. vbi non fit diſtinctio inter fratres & alienigenas, nec inter vnius, vel alterius Religionis ſectatores: de iure etiam Euangelico ex Luc. cap. 5. *Mutuum date, nihil inde ſperantes*, cuius dicti quamuis prima pars, ſcilicet *mutuum date*, communiter contineat conſilium, attamen poſterior pars, nempe *nihil inde ſperantes*, continet præceptum, vt *in d. c. quia in omnibus, & in c. ſuper, & in c. conſuluit, de vſur.* & bene S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 78. *art.* 1. *ad* 4. & ita videtur etiam intellexiſſe Vrbanus III. *in d. c. conſuluit*, & aptè Franciſc. de Pitigianis *ſuper* 4. *ſent. diſtinct.* 15. *quæſt.* 2. *art.* 2. *verſ. dico quarto.* De iure autem Canonico non dubitatur, & extant textus rotundi *in cap. quia in omnibus, ext. de vſuris, & Clem. ex graui, eod. tit. & diſt.* 46. *&* 47. per plura capita, *&* 14 *quæſt.* 1. *& quæſt* 4. Idemque in pluribus ſacroſanctis Conciliis diffinitum fuit, vſuras nempe illicitas eſſe, & ſignanter in Synodo Nicæna Luc. *c.* 17. & cùm Iuſtinianus *in l.* 1. *&* 2. *& in l. non reddentes.* §. *ſuſcepimus, C. de ſumm. Trinit. & in* §. 1. *auth. de eccleſiaſt. tit.* eiuſdem Nicænæ Synodi obſeruantiam perpetuò manſuram voluerit, & iuſſerit, illiúſque dogmata, ſicut ſanctas Scripturas accipiendas, & regulas ſicut leges ſeruandas eſſe mandauerit. Hinc rectè deprehenditur hodie etiam ex iure Ciuili ſaltem nouiſſimo vſuras eſſe prohibitas, quemadmodum docuit gloſſ. *in d. l.* 1. *in verbo Petrum Apoſtolum*, & Gregor. Tholoſ. *ſyntagm. iuris lib.* 22. *cap.* 4. *num.* 18. *verſ. iure hoc.* Fachin. *controuerſ. iuris lib.* 9. *cap.* 30. *verſ. mouet me potiſſimum.* Verùm & ipſo iure naturæ prohibita eſt vſura, & reſiſtit eius dictamini ipſique Philoſophi ethnici ſolo lumine naturæ eam damnarunt, vt Ariſtot. 1. *politie. cap.* 3. *&* 4. *Ethicor. cap.* 1. *ad fin.* vbi mutationem vſurariam eſſe maximè præter naturam probat, pecunia enim ſua natura non eſt apta nata fructificare, vel parere, nec nummus gignit nummum. Præterea per mutuum transfertur dominium in mutuarium, nec vſus pecuniæ diſtinguitur à ſubſtantia eiuſdem pecuniæ, & vſus eſt illius alienatio, & quaſi conſumptio ſubſtantiæ. Vnde iuris naturalis dictamini repugnat quod res alterius alteri ex iuſtitia pariat emolumentum vltra ſortem, & quòd mutuans habeat vſum pecuniæ quæ penes mutuantem reperitur, vt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

appoſitè comprobat S. Thom. 2. 2. *quæſt*. 78. *art*. 1. Conrad. *de contract. quæſt*. 22. *verſ. ſecunda concluſio*, Sot. *de iuſtit. lib*. 6. *quæſt*. 1. *art*. 1. Bald. *concil*. 449. *num*. 2. *lib*. 3. Oſaſc *deciſ*. 137. *num*. 7. Couar. *var. lib*. 3. *cap*. 1. *num*. 5. Molin. *de iuſtit. tract*. 2. *diſp*. 304. *numer*. 7. ita eleganter Rot. *in Romana vſurarum* 13. *Iunij* 1629. coram R.P.D. Merlino.

3 *Sortem deductis expenſis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd creditor non poteſt ſibi retinere fructus pignoris, ſed debet eos in ſortem principalem computare, vt per Doctores citatos *ad cap. cùm contra, ſup. de pignorib*. quibus adde Curi. Philipp. *part*. 2. *lib*. 2. *cap*. 1. *numer*. 8. Salas *de contract. tract. de vſuris dub*. 28. Bonacin. *eod tract. diſp*. 3. *quæſt*. 3. *puncto* 9. *n*. 1. Valer. Reginald. *in d. praxi lib*. 25. *n*. 240. *& ſeq*. Intellige de fructibus, qui ſeruando ſeruari non poſſunt ſaltem diu, quibus creditor vti poteſt; ac eos conuertere in vſum ſuum, vel vendere, dummodo tamen valorem compenſet in ſortem principalem: ſi tamen eſſent tales fructus, qui poſſent durare in tempus, quo deberet res reſtitui debitori, tunc creditor neque cogeretur, immo neque poſſet illos diſtrahere, ſed deberet ſoluto debito illos creditori reſtituere, vt per Gregor. Lopez *l*. 2. *verbo tenudo tit*. 13. *part*. 5. Gemin. *de vſuris commento* 3. §. 6. *n*. 143. *&* 144. vbi reſoluit quod fructus non dicuntur conſumpti, licèt ſint commixti cum aliis fructibus, & quòd debet conſumptio probari per allegantem, cum in dubio non præſumatur; additque fructus in vino, oleo, frumento, & ſimilibus non præſumi durare vltra triennium, illos verò, qui conſiſtunt in pecunia, vt ſunt penſiones domorum, perinde eſſe ac ſi conſumpti eſſent, nam ſtatim extenuant debitum.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarij manifeſti ad communionem Altaris, & eccleſiaſticam ſepulturam, & oblationem offerendam admitti non poſſunt, & clerici contra hoc facientes puniuntur.*

2 *Vſurarij manifeſti qui dicantur, oſtenditur.*

3 *Vſurarius non admittitur ad Euchariſtiam, donec publicè ſatis fecerit.*

4 *Vſurarius manifeſtus decedens in hoc peccato carere debet Eccleſiaſt. ſepultura.*

5 *Vſurarij non admittuntur ad oblationem faciendam.*

6 *Vſurarios manifeſtos recipiens ad Communionem altaris vel ad Eccleſiaſt. ſepulturam. quam pœnam incurrat, oſtenditur,*

7 *Conſuetudo non valet de præſtandis, ſeu ſoluendis vſuris.*

8 *Statutum non valet vſuras inducens.*

## Cap. Quia in omnibus III.

1 VSurarij manifeſti admitti non debent ad Communionem Altaris, & ſi ſic moriuntur nec ad ſepulturam nec eorum oblationes ſunt reſtituendæ, & Clerici, qui ab ipſis accipiunt, vel eos ſepeliunt, accepta reſtituere tenentur, & ſunt ſuſpenſi donec ſatisfaciant ad arbitrium Epiſcopi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Bero. Petr. Bienſfeldius, & Viuian. *in rationali lib*. 5. *iuris Pontif. pag*. 143. Alagona *in compendio iuris Canon. pag*. 684. *& vol*. 4. *repetit in iure Canon ad lib*. 5. *Decretal*. Ioan. Grot. remiſſiuè Ximen. *in concord. p*. 1. *&* 2. deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alex. III. *c*. 25. refertur ab Ant. Auguſt. *collect*. 1. *Decret. lib*. 5. *tit*. 15. *c*. 2.

*Vt vſurarij manifeſti* ] Dicuntur quicunque ſunt notorij, vel per ſententiam iudicis, vel per propriam confeſſionem in iudicio, vt per Abb. *hic* Angel. *verbo vſura* 2. *n*. 19. Syluest. *eod. verbo* 9. *quæſt*. 2. Nauar. *in man. c*. 17. *n*. 180. Azor. *inſtit. moral. part*. 3. *lib*. 5. *cap*. 18. *verſ. quæres quid*, vbi etiam dicit ex hoc ſequi non ſufficere ſi vſurarius crimen fateatur etiam coram teſtibus, aut Sacerdote extra confeſſionem, nec ſufficere ſi vſurarius infamia laboraret, aut quod adſint argumenta, vel iudicia vſuræ contra eum.

*Nec ad Communionem admittantur. Altaris* ] Notatur 3 ad hoc, quod vſurarius non admittitur ad Euchariſtiæ perceptionem donec publicè ſatisfecerit vt per Enman. Sà *verbo vſura num*. 7. Card. Tuſch. *tom*. 8. *concluſ*. 354. Molin. *de iuſtit. tract*. 2. *diſp*. 334. Illuſtriſſ. D. meus Roderà Cunha *in comment. ad cap. eiiciem* 11. *numer*. 5. *diſt*. 88. Bonacin. *de contract. diſp*. 2. *quæſt*. 3. *puncto* [illegible] *num*. 1. Quamuis Panorm. *in præſenti*, Angel *verbo vſura* 2. *n*. 5. Gemin. *in comment*. 4. *de vſuris ſub præfat. n*. 10. prædicta huius tex. verba intelligant, id eſt, ne ad Eccleſiam admittantur quando celebrantur diuina, quia aſſiſtentes in Eccleſia debent admitti ad Communionem Altaris.

*Nec Chriſtianam*, &c.] Notatur ad hoc, quòd vſura- 4 rius manifeſtus decedens in hoc peccato carere debet Eccleſiaſtica ſepultura, & ſic non eſt ſepeliendus in cœmeterio Eccleſiaſtico, nec clerici ſepulturę interueniendi ſunt vide Gemin. *in de præfat. n*. 11. Salas *de contract. tit. de vſuris dub*. 47. *n*. 9. Bonacin. *d. n*. 1. *verſ. ſecunda*, Perez *in rub. tit*. 2. *gloſſ*. 1. *p*. 26. *lib*. 8. *Ordin*. Gutier. *canon. lib*. 2. *c*. 19. *n*. 3. *&* 12.

*Sed nec oblationes eorum*, &c.] Notatur ad hoc quòd vſurarij non admittuntur ad oblationem faciendam, ſed eam debet clericus reſpuere, vt per Gemin. *d. comment*. 4. *in præfat. num*. 2. Azor. *inſtitut. moral. part*. 1. *lib*. 7. *cap*. 38. *quæſ. vlt*. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib*. 23. *n*. 95. Soar. *tom*. 5. *de cenſur. diſp*. 21. *ſect*. 2. *n*. 7. Squillante *de oblig. cleric. part*. 4. *n*. 90. vbi intelligunt de obligationibus quæ fiunt in Miſſa ad offertorium.

*Qui autem acceperit*, &c. ] Notatur ad hoc quòd recipiens ad Communionem Altaris, vel Eccleſiaſticam ſepulturam manifeſtos vſurarios de quorum pœnitentia non conſtat ſuſpenditur ab exequutione ſui officij, donec ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat vt per Valer. Reginal. *in praxi lib*. 32. *tract*. 2. *num*. 73. *in princip*.

*Inualuit*, &c.] Notatur ad hoc, quòd non valet conſuetudo de præſtandis, ſeu ſoluendis vſuris, vt per Abb. *conſ*. 22. *num*. 2. *verſ. non obſtat generalis conſuetudo, lib*. 2. vbi dicit quòd quęlibet conſuetudo etiam totius Orbis non poteſt excuſare homines exercentes improbum fœnus vſurarum, Beroi. *conſil*. 167. *n*. 10. *verſ. non obſtat quòd conſuetudo. lib*. 1. Couar. *lib*. 3. *var. cap*. 1. *num*. 8. Clar. *in* §. *vſura. n*. 7. Alex. de Neuo, qui loquitur de conſuetudine Hebræorum fœnerandi. *concil*. 102. *num*. 15. Cacheran *conſ*. 51. *num*. 6. *&* 7. Flamin. *de confident. quæſt*. 5. *n*. 34. Rota *in Romana ſocietatis* 2. *Iunij* 1570. coram Card. Lancelloto ſen. & *in Romana cenſus* 13. *Iunij* 1594. coram Blanchetto, & *in Vrbeuetana cenſus* 6. *Iunij* 1594. coram Giptio, & *in d. Romana vſurarum* 13. *Iunij* 1619. coram. R.P.D. Merlino, & *deciſ*. 193. *n. p*. 1. *diuerſ*. & apud Farin. *deciſ*. 552. *n*. 13. *p*. 1. *recent*. Nam conſuetudo non ſuffragatur in materia vſuræ, Rot. *deciſ*. 336. *n. vlt. & deciſ*. 338. *n*. 2. apud Farin. *coll*. 1. *nouiſſ*. Nec valet ſtatutum illam inducens Surd. *de aliment. tit*. 1. *q* 45. *n*. 25.

## *SVMMARIVM.*

1 *Vſurarum crimine quis innolui non debet etiam pro redimenda vita captiui.*

2 *Vſuræ iure naturali prohibitæ ſunt, & Diuino.*

3 *Vſurarius contractus à Papa confirmari non poteſt.*

4 *Mendacium omne, quod proximum lædit, vel in iudicio dicitur, eſt peccatum mortale.*

5 *Mendax omnibus odioſus eſt.*

6 *Mendax ſemper doloſè, & cum fraude procedere præſumitur.*

7 *Mendax non punitur niſi in caſibus à iure expreſſis.*

8 *Mala non ſunt facienda, vt inde eueniant bona.*

9 *Malum minus conſulere licitum eſt, gratia vitandi maioris, quando is, cui conſulitur, conſtitutum apud ſe habebat maius illud malum perpetrare.*

10 *Malum minus cum præiudicio tertij in particulari ſuadere non licet.*

11 *Vſurarum crimine nec pro redimenda vita captiui inuolui quis poteſt.*

12 *Iuramentum ab infideli parato iurare per falſos Deos ad redimendam ſuam neceſſitatem, & vexationem licitò quis petere poteſt.*

13 *Iuramentum à fideli, quem moraliter ſcit, aut præſumit paratum eſſe ad iurandum falſum, poteſt quis ad redimendam vexationem in caſu neceſſitatis, aut debiti exigere.*

14 *Sacramenta à ſacerdote parato conferre in peccato mortali poteſt quis exigente neceſſitate petere.*

15 *Miniſtro ad redimendam vexationem poteſt quis licitè dare temporalia pro Sacramentis conferendis, ſi aliter conferre nequeat.*

16 *Maleficium vt ſoluat poteſt quis aliquando à malefico parato petere, quando poteſt licitè modo ſibi noto facere.*

### Cap. Super eo. IV.

1 NOn poteſt quis vſurarum crimine inuolui vt redimat vitam captiuorum, quia vſura in vtroque teſtamento prohibetur, nec in ea poteſt dari diſpenſatio, & ſi eſt prohibitum mentiri etiam pro ſaluanda vita alterius, multo magis vſuram accipere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Anchar. Butr. Henric. Caniſ. Panorm. Bero. Petr. Binsfeldius, Cened. *collect.* 41. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 148. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 684. *& col.* 4. *repet. in iure Canonico ad lib.* 5. *Decretal.* Ioan. Crot. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſtin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15 *cap.* 3. & eſt poſt Concil. Lateranen. ſub Alexand. III. *part.* 16. *cap.* 1.

2 *Cùm vſurarium crimen*, &c.] Notatur ad hoc, quòd vſuræ iure naturali, & Diuino prohibitæ ſunt, ad quod vide Doctores citatos *ad cap.* 2. *num.* 2. *ſub hoc tit.*

3 *Super hoc diſpenſationem aliquam*, &c.]. Notatur ad hoc, quòd contractus vſurarius à Papa confirmari non poteſt, vt per Perez *in rub. tit.* 2 *gloſſ.* 1. *pag.* 20. *verſ. tertio lib.* 8. *Ordin.* Rot. *deciſ.* 114. *num.* 3. *& deciſ.* 296. *n.* 4. apud Farin. *collect.* 2. *nouiſſ.* Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *c.* 10. *num* 8.

4 *Pro alterius vita mentiri.*] Notatur ad hoc, quòd pro ſaluanda alterius vita mentiri non licet, vt per Alphonſ. de Caſtro *lib.* 10. *aduerſus hæreſes*, *verbo mendacium*, Anton. Cordoua *in quæſt. Theolog. lib.* 1. *quæſt.* 29. Sot. *de ratione tegendi memb.* 3. *quæſt.* 3. *concl.* 1. Burg. de Pace *in proœm. legum Tauri num.* 231 *in princ.* Petr. Martin. *in cap. afferre, de præſumpt. verbo afferre in* 1. *p. n.* 31. *verſ. rationem reddit*, Omne mendacium quod proximum lædit, eſt peccatum mort. vide Nauar. *in cap. negotium num.* 7. *& in cap. fratres, num.* 14. *&* 22. *de pœnit. diſt.* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 3. *num.* 53. *cum ſeqq.* Sayr. *in claui Regia lib.* 13. *cap.* 2. *à num.* 14 Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil.* 31. *num.* 41. *cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 24 *à num.* 31. Fr. Ludou. Beiam. *reſponſ. caſuum conſcientiæ part.* 2. *caſu* 13. Zerol. *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verbo excommunicatio pag. mihi* 141. Item & aliud quod dicitur in iudicio, Cou. *lib.* 1. *var. c.* 1. *num.* 1. Mexi. *in tract. taſſæ panis concluſ.* 3. *num.* 13. Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. Sayr. *d. cap.* 2. *num.* 16. *&* 19. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *l.* 5. *c.* 28. *quæſt.* 2. plures per Cened. *ad Decretum collect.* 43. *n.* 11.
Dicitur enim delictum, &] turpitudo, Farinac. *part.* 4. 5
*conſ.* 60. *num.* 130. & ideo mendax omnibus odioſus eſt,
vt refert Hortenſ. Caualcan. *in pract. de teſtib. part.* 4.
*num.* 96. ſemper doloſè, & cum fraude procedere præ- 6
ſumitur, Maſcard. *de probat. concl.* 631. *num.* 19. Surd. *de-*
*ciſ.* 165. *n.* 14. Cauall. *communium contra commun. q.* 801.
*num.* 4. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *q.* 89. *n.* 104. *& p* 4.
*conſ.* 40. *n.* 18. Menoch. *de præſumpt. l.* 5. *præſ.* 3. *n.* 53. Non 7
punitur tamen niſi in caſibus à iure expreſſis. Menoch. *de arbitr. caſu* 276. *num.* 4. Garc. Giron. *de priuileg. num.* 1012.

Notatur hîc text. ad hoc quòd mala non ſunt fa- 8
cienda, vt inde eueniant bona, vt per Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 52, *num.* 8. Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, notab.* 6. *num.* 2. *&* 3. & alios per me citatos *in tract. de Axiom. iuris vſufreq. Axiom.* 141. *n.* 3.

*Multo magis prohibendus*, &c.] Ergo illicitum eſt 9
minus malum conſulere illi, qui maius perpetrare animo conſtituit, vt per Gabr. Caiet. Syluest. Conrad. Couar. Valent. & alios citatos à Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 11. *num.* 14. Contrarium tamen, immo licitum eſſe conſulere minus malum gratia vitandi maioris, quando is, cui conſulitur conſtitutum apud ſe habebat maius illud malum perpetrare, tenent *in præſenti*, Innocent. *in fine*, Ioan. Andr. *num.* 2. Abb. & Anch. *in fine*, Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 9. *verſ. lo quarto*, Iacob. de Graffiis *in aureis deciſion. part,* 1. *lib.* 2. *cap.* 117. *num.* 11. Matien. *in rub. tit.* 2. *gloſſ.* 1. *n.* 151. *lib.* 2. *nouæ recop.* Henriq. *in ſum. lib.* 4. *de pœnit. cap.* 27. *num.* 9. Molin. *de inſtit. tract.* 2. *diſp.* 335. *num.* 9. Leſſi. *eod tract. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 19. *& lib.* 4 *c* 3. *à num.* 33. Sanch. *de matrim d. diſp.* 11. *à num.* 15. vbi *n.* 30. reſpondens ad hunc text. dicit illum ſolum probare non licere cuipiam vſuras exercere, vt captiui vitam redimat, quia memini licèt etiam veniale admittere ad maius malum in altero vitando, at non probat minimè licere id minus ſuadere malum ad maius vitandum: & ita facienda eſt differentia inter electionem ex duobus malis faciendam in alio, & inter faciendam in ſe ipſo: etenim in alio actualiter parato poſſumus etiam ſuadendo, non autem abſolutè approbando, eligere abſque iniuſto tertij præiudicio in particulari minus malum, ſiue exiſtimatum ſolummodo, ſiue etiam verum ad vitandum maius; quod aliter impediri non poſſit, in quibus terminis indiſtinctè procedit reg. illa ex duobus malis minimum eſt eligendum, de qua *in c. duo mala* 13. *diſt.* At verò in ſe ipſo non ita, ſed diſtinguendum inter duo mala, & peccata per ſe talia, & inter ea, quæ per ſe talia non ſunt, ſed exiſtimantur inuincibiliter ab ignorante, etenim ex prioribus illis malis nemini licet in ſe ipſo alterum etiam leuius eligere; quia non ſunt facienda mala aliqua, vt maiora impediantur; vel etiam vt eueniant bona, & in hoc caſu non procedit regula prædicta, procedit tamen in ſecundo, & ſecundum eam ex dictis poſterioribus malis exiſtimatis poterit

quilibet etiam in ſe ipſo eligere minus] ad vitandum maius, quas diſtinctiones, & explicationes ad *d. reg. ex duobus malis*, ſentiunt Sanch. *d. diſp.* 11. *n.* 27. Leſſi. ſic intelligendus *d. c.* 3. *ſub n.* 34. & colliguntur etiam ex dictis per Archid. Domini, Præpoſ. & Turred. *in d. cap. duo mala.*

10 Dixi, *abſque iniuſto tertij præiudicio*, quia non licet ſuadere minus malum cum præiucidio tertij, in particulari, niſi tertius ille moleſtè non ſuſcipiat, aut niſi fuerit alioquin obligatus ad illud ſuſcipiendum, vt reſoluunt Sanch. *d. diſp.* 11. *num.* 24. Molin. *de diſp.* 335. *ſub num.* 9. Leſſi. *d. cap.* 13. *num.* 20. Vnde conſequentur patet in quo peccauerit Loth, qui (vt refertur *Geneſ.* 19.) filias ſuas impiis ſodomitis obiecit, vt maius malum hoſpitibus imminens vitaret, vltra varia, quæ in hoc ſuper illud *Geneſ.* 19. adducunt Thom. Anglicus, Abulen. Hugo, Dionyſ. Honcala, Oleaſter, Ferus, Pereira, & alij ſcribentes, peccauit videlicet in eo, quia illas obiecit cum damno ſuæ pudicitiæ, cùm tamen ipſi de illis non cogitarent, non peccaturus alioquin ſi hoc illarum præiudicium non obſtaret, etiamſi eos ad illarum vſum induceret, ſi ita intenderet manus illud malum auertere, quod aliter auerti non poſſet, & ita in ſpecie obſeruant Molin. *d. diſp.* 335. *n.* 12. Leſſi. *d. c.* 13. *num.* 20.

11 *Nec etiam pro redimenda*, &c.] Ergo prohibendus eſt quilibet ne etiam pro redimenda vita captiui vſurarum crimine inuoluatur, licèt autem ex parte mutuantis ſemper ſit peccatum mortale grauiſſimum dare pecuniam ſub vſuris, etiamſi dederit vt ex lucro per huiuſmodi contractum mutui collecto aliquid boni faciat, ac etiam ex parte mutuatarij ſi mutuantur etiam paratiſſimum induceret ad vſuras, dicendo, mutua mihi ſub vſuris, quia conſentit, & participat peccato illius, tamen licitum eſt ad redimendam vexationem petere mutuum ab eo, qui paratus eſt non mutuare niſi peccaminosè ſub vſuris, ex ea ratione, quia opus petitum nempe mutum licitum eſt, & bonum, vtpote opus charitatis Deo acceptiſſimum, iuxta illud *Pſalm.* 111. ibi, *iucundus homo qui miſereretur*, & *commodat*, ſiue mutuat, iuncto illo *Matth.* 19. ibi, *centuplum accipetis* &c. tum quia vſurarius mutuans paratus eſt illud ex malitia ſui opus peccaminosè præſtare, cùm tamen ſi vellet poſſet huiuſmodi opus licitè, immo & meritoriè exhibere, tum denique quia ſupponitur iuſta cauſa petendi hoc mutuum, videlicet neceſſitas, vtilitas moralis petentis, ac proinde reſultat ſic petentem non cooperari peccato vſurarij, ſed ſolùm vti peccato eius voluntario ad conſulendum propriæ neceſſitati: vnde meritò ſic reſoluunt D. Thom. 2. 2. *quaſt.* 78. *art.* 4. Couar. *in cap. quamuis pact.* 1. §. 1. *num.* 10. *col.* 1. *in fine*, Iacod. de Graffiis *in aureis deciſ. lib.* 1. *cap.* 108 *à numer.* 3. Sot. *de iuſtit. lib.* 6. *quæſt.* 1. *ar.* Soar. *de relig. tom.* 2. *tract.* 5. *lib.* 3. *cap.* 13. *ſub num.* 3. 9. & 11. Molin. *de iuſtit. tract.* 3. *diſp.* 335. *concl.* 5. Leſſi. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 44. *ſub num.* 35. Martin Delri. *diſquiſit. magic. lib.* 6. *ſect.* 1. *quæſt.* 2. *col.* 6. *in fine*, Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 95. *num.* 7. & *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 41. *n.* 5. Azori. *inſtit, moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 17. *quæſ.* 12. aduertentes in his terminis dari tres illas conditiones neceſſarias, vt dicta petitio, & redemptio vexationis li-
12 citè poſſit fieri. Prima. eſt quòd petat licitum; ſecunda quòd petat ab eo, qui ſine peccato præſtare poteſt tertia quod ipſa præſtatio, etſi cum peccato fiat, ad aliquod bonum petentis ordinetur. Sic etiam ex eadem ratione ad redimendam neceſſitatem, & vexationem licitè petere quis ad ſuum bonum poteſt abſolutè iuramentum ab infideli parato iurare per falſos Deos, vt expreſsè probat D. Auguſt. *in cap. monet, verſ. ac per hoc* 22. *quæſt.* 1. D. Thom. *d. art.* 4. *ad* 4. & *quæſt.* 78. *art.* 4. *in corpore*, Nauar. *in cap.* 1. §. *Sacerdos à num.* 6. *de pœnit. diſp.* 6. Sot. *lib.* 8. *de iuſtit. quæſt.* 2. *art.* 3. Couar. *d.* §. 1. *num.* 9. 10. Soar. *d. c.* 13. Sanch. *diſp.* 95. *num.* 7. Soar. *in claui Regia lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 19. Azori. *inſtit. moral. p.* 2. *l.* 12. *c.* 19. *quæſ.* 6. *reg.* 2. & *c.* 17. *quæſ.* 10. Martin. Delri. *d. quæſt.* 2. *verſ. dico ergo tertiò.* Prout etiam aliquando
poteſt quis ad redimendam vexationem in caſu neceſſitatis, aut debiti exigere iuramentum etiam à fideli, quem moraliter ſcit, aut præſumit paratum eſſe ad iurandum falſum, concurrentibus ſcilicet tribus ſupradictis conditionibus, &c. iuxta tradita per Sot. *lib.* 8. *quæſt.* 2. *art.* 4. Couar. *d. p.* 1. §. 6. *n.* 2. *in fine*, Soar. *d. tract.* 5. *lib.* 3. *c.* 14. *à n.* 10. Sayr. *d. lib.* 5. *c.* 3. *n.* 19. Leſſi. *d. lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 10. *ſub num.* 49. Rurſus etiam ex eadem redimendæ vexationis facultate cum concurrentia prædictarum trium conditionum poteſt quis exigente neceſſitate, vel alio debito petere Sacramenta à Sacerdote parato conferre in peccato mortali, vt reſoluunt Nauar. *in man. cap.* 9. *num.* 10. *ad fin.* Martin. Delri. *d. col.* 6. *in fin.* 8. Sot. *in* 4. *diſt.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 6. *verſ. prima itaque*, Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ.* §. 9. *num.* 30. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 47. *cum ſeqq.* Azori. *ſub d. reg.* 2. & *d. cap.* 17. *q.* 7. vbi teſtatur hanc eſſe communem, & *ibi* etiam agunt de Sacerdote excommunicato. Immo & aliquando ad redimendam iniuſtam vexationem poterit licitè dari temporale miniſtro aliter nolenti Sacramenta conferre, iuxta tradita per Archid. & Domini. *in cap. baptizandis* 1. *quæſt.* 1. Sot. *de iuſtit. lib.* 9. *quæſt.* 6. *art.* 1. Redoan. *de ſimonia part.* 11. *cap.* 6. *num.* 8. & *part.* 6. *cap.* 5. *num.* 19. Nauar. *in man. cap.* 23. *numer.* 102. *in fine*, ſic explicandus pro hac parte, licèt pro contraria inaduertenter citari ſolet. Vlterius, & pro vexatione redimenta poteſt quis aliquando à malefico parato petere, vt maleficium ſoluat quando poteſt licitè modo ſibi noto id facere, licèt ipſe maleficus malitia ſua illicito modo ſit deſtructus, vide Nauarr. *in man. cap.* 11. *numer.* 20. *in fine.* Iacob. de Graffiis *d. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. Petrus de Ledeſma *de matrim. quæſt.* 58. *art.* 2. *dub.* 2. accedit F. Emman. *in ſumm. tom* 1. *cap.* 233. *ſub. numer.* 3. exprimit Soar. *tom.* 1. *de relig. tract.* 3. *lib.* 2. *cap.* 19. *numer.* 9. Henriq. *in ſumma lib.* 2. *de matrim. cap.* 8. *numer.* 3. *in fine* Sanch. etiam *de matrim. lib* 7. *diſp.* 95. *ſub numer.* 11. & *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 13. Leſſi. *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 44. *dub.* 6. *num.* 46.

(Right-margin paragraph numbers, partly cut off at the page edge: 13 beside "poteſt quis ad redimendam vexationem in caſu ne-", 14 beside "dimendæ vexationis facultate cum concurrentia præ-", 15 beside "& ibi etiam agunt de Sacerdote excommunicato. Im-", 16 beside "co parato petere, vt maleficium ſoluat quando poteſt".)

---

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarij, qui ſunt ſoluendo, coguntur, per pœnas Lateranenſis Concilij vſuras reſtituere etiam quas ante Concil. receperunt, & facultatibus non extantibus debent poſſeſſiones emptæ ex pecunia funebri vendi, & debentibus recipere ſatisfieri.*

2 *Reſtitutio rei inuentæ fieri debet pauperibus, ſi dominus facta diligenti inquiſione incertus eſt.*

3 *Acquiſita per vſuras tenetur vſurarius ſemper reſtituere, niſi veniat in extremam neceſſitatem, quia tunc ſibi, & ſuis ſeruare poteſt, vt parcè viuat.*

4 *Poſſeſſio aliquando pro iure proprio rei, & ſic pro dominio, & re poſſeſſa accipitur.*

5 *Vſurarum dominium non tranſit in vſurarium.*

6 *Vſurarij bona an ſint tacitè hypothecata pro reſtituendis rebus per vſuras malè acquiſitis, oſtenditur.*

7 *Lex omnis pœnalis vtens verbo, aut participio ſignificante actionem futuri temporis ſententiam ferendam à iudice continet.*

8 *Conſtitutiones odioſæ editæ in vſurarios, ceſſant vſuris ceſſantibus.*

9 Decla

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

9 *Declaratio retrotrahitur ad tempus factæ diſpoſitionis.*
10 *Lex declaratoria trahitur ad præterita.*
11 *Reſtitutio facienda eſt expenſis creditoris abſentis, quoties longè abeſt à loco, vbi debitos habitat.*
12 *Vſurarius, qui poſt ceſſionem deuenit ad meliorem fortunam, poteſt ſibi retinere quantum ſufficit pro alimentis.*
13 *Vſurarius quamuis cedat omnibus bonis, eius tamen neceſſitati non ſubuenitur beneficio talis ceſſionis.*

## Cap. Cùm tu V.

1 VSurarij ſunt cogendi pœna vt reſtituant iis, à quibus acceperunt, vel eorum hæredibus, qui ſi non ſuperſint, pauperibus, & ſi non habent vnde reſtituant, non debent affici pœna, quia paupertate excuſantur, ſi tamen habent prædia ex pecunia funebri empta, illa vendere debent, & debentibus recipere ſatisfacere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Anch. Butr. Henr. Caniſ. Petr. Binsfeldius, Panorm. Beroi. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 145. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 684. *& vol. 4. repet. in iure Canonico ad lib. 5. Decretal.* Ioan. Crot. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 15. c. 5.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alexand. III. *part. 16. cap. 5.*

2 *Vel his ſuperſtitibus pauperibus.* ] Notatur ad hoc quòd reſtitutio rei inuentæ fieri debet pauperibus, ſi dominus facta diligenti inquiſitione incertus eſt, vt per Couar. *in reg. peccatum part. 3. §. 1. num. 2.* Salon. *2. 2. quæſt 62. art. 5. controu. 5.* vbi Petr. de Aragonia *in reſp. ad 3.* Gregor. de Valentia *tom. 3. diſp 5. q. 6. puncto* 4. Petr. Nau. *de reſtit. lib. 4 c. 2. dub. 2. n. 39.* optimè Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 5. c. 2. in princip.* Azor. *inſtit moral. p. 3. lib. 4. c. 26. q. 1*

3 *Dummodo in facultatibus habeant.* ] Notatur ad hoc, quòd qui per vſuras, iniuſtas extorſiones, & exactiones rei alienæ ſtatum acquiſiuit, tenetur ſtatim reſtituere etiam cum iactura talis ſtatus, niſi veniat in extremam neceſſitatem, quia tunc ſeruare ſibi poteſt, & ſuis, quæ ſimpliciter, & omnino videt neceſſaria, vt parcè viuat, ita Sayr. *de tractat. 5. cap. 6. num. 36. cum ſeqq.*

4 *Poſſeſſiones verò, &c.* ] Poſſeſſio hîc accipitur pro iure proprio rei, & ſic pro dominio; & re poſſeſſa, vt per Chald. Pereira *de extinct. emphyt. 1. n. 3.* Poſſeſſionis appelatione quid veniat, latè dixi *in tract. de appellatiua verbor. vtriuſque iuris ſignif. appell.* 207.

5 *Et ipſarum propria, &c.* ] Ergo dominium vſurarum non tranſit in vſurarium, de quo vide Perez. *l. 5. gloſſ. 1. pag. 363. tit. 19. lib. 8. Ordin.* vbi ponit duas contrarias opiniones, & eas componit, latè Azor. *inſtitut. moral. part. 3. lib. 4 c. 11. & 12.* Couar. *lib. 3. vari. cap. 3.* Sot. *de inſtit. lib. 6. quæſt. 1. art. 4.* Binsfel. *in præſenti quæſt. 1. concluſ. 1.* Petr. Nauar. *de reſtit. lib. 3. c. 2. numer.* 388. Molin. *de iuſtit tract. 2. diſput.* 226. Leſſi. *de iuſtit. lib. 2. cap. 20. dub. 18. numer.* 156. Paul. Layman *in Theologia morali lib. 3. tract. 4. cap. 15. numero* 7. vbi reſoluit vſurarium non comparare dominium rei per vſuram acceptæ, nam deeſt titulus, ſiue iuſta cauſa accipiendi, abſque titulo autem rerum dominia non acquiruntur, excipit tamen niſi pecunia, v. g. vſuraria cum aliis iuſtè acquiſitis permixta ſit, vt diſcerni non poſſit.

6 Vtrùm verò bona vſurarij ſint tacitè hypothecata pro reſtituendis rebus malè acquiſitis per vſuras, vide latè Rebell. *de obligationib. iuſtitiæ, part. 2. lib. 8. quæſt. 14. à princip.* Couar. *lib. 3. var. cap. 3. num. 6.* vbi reſoluit generaliter bona vſurarij etiamſi ſint empta ex pecunia vſuraria, non eſſe ipſo iure tacitè hypothecata realiter pro vſuris ſoluendis, & refert tex. *in præſenti*, non probare id, quod ex eo deducunt gloſ. *verbo facultates in cap. quamquam, hoc tit. lib. 6.* Bald. Rip. & alij, videlicet omnia bona vſurarij generaliter eſſe tacitè hypothecata, eo quòd hîc ſtatutum ſit quòd bona empta ex pecunia vſuraria ſi ſint penes tertiùm lucratiuo titulo, deficientibus aliis vſurarij bonis vendantur pro reſtituendis vſuris, hoc tamen non ideo fit, quia illa bona ſint hypothecæ titulo ſubiecta, nam ſi ita eſſent vendenda, forent etiam quando tertius ea poſſideret onetoſo titulo, non diſſentiunt Perez *ad tit. 5. lib. 1. Ordin. pag.* 126. Molin. *de iuſtitia tract. 2. diſputat. 316. numer.* 8. Rebell. *d. quæſt.* 14. Chald. Pereira *in comment. ad l. vnic. C. ex delictis defunct. part. 4. num. 6.* & poſt Caiet. *in opuſcul. tom. 2. tract. 8. c. 4.* Sot. *de iuſtit. lib 6. quæſt. 1. art. 4. ad 3.* & Sylueſt. *verbo vſura 6. quæſt.* 5. ſequitur Azori. *d. lib. 5. cap.* 13. vbi in fine reſponſionem adducit ad hunc text. quæ coincidit cum ſupradicta, nam ibi aſſerit Pontificem hîc loqui de poſſeſſionibus acquiſitis ex pecunia vſuraria; ſed adhuc manentibus apud ipſum vſurarium, & ideo meritò ex iure Pontifex conſtituit vt vendantur, non quia ſint illæ poſſeſſiones tacitè hypothecatæ pro reſtitutione vſuræ; ſed quia quandiu ſunt apud vſurarium, obligatione perſonali ipſius vſurarij ſunt obligata pro reſtitutione vſuræ, ad quam ipſe vſurarius eſt perſonaliter obligatus, & ratione ipſius omnia bona eius, & non ſolùm poſſeſſiones ex vſurarij pecunia emptæ; & hinc fit quod ſi illæ poſſeſſiones tranſeant ad alium tertium, nullam habeant hypothecam, quia perſonalis obligatio non tranſit ad tertiam perſonam, niſi illa ſit hæres, quæ eo ipſo quòd repræſentat perſonam defuncti ſuccedit in eius obligationibus, & iuribus etiam perſonalibus. Et hæc opinio, & reſponſio ad text. *in præſenti* veritate fulcitur, quicquid poſſeſſiones ſiue res emptas ex pecunia vſuraria eſſe tacitè hypothecatas teneant Lap. *alleg.* 74. Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum*, §. 65. *num.* 23. Tiraq. *de retractu lig. §. 32. gloſſ. 1. n.* 14.

In gloſſ. *Priuandos.* Notatur ad hoc quòd omnis 7
lex pœnalis vtens verbo, aut participio ſignificante actionem futuri temporis, ſententiam à iudice ferendam continet, vt per Tiraq. *ad l. ſi vnquam, verbo reuertatur, n. 39. & 177.* Sayr. *in claui Regia lib 3 c. 8. num. 10.* Monet *de diſtribut. quotid. p. 1. q. 7. n. 41. & n. 28* reſoluit participium præterita temporis regulariter importare latam ſententiam.

In gloſ. *Donec* Notatur ad quòd hoc odioſæ conſtitu- 8
tiones editæ in vſurarios ceſſant vſuris ceſſantibus; vt per Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa. p. 1. n.* 192.

In gloſſ. *Siue poſt.* Notatur ad hoc quòd declaratio 9
retrotrahitur ad tempus factæ diſpoſitionis, vt per Surd. *deciſ. 70. n. 2.* Brun. à ſole *in locis commun. verbo declaratio* 1. Motl. *in emporio iuris part. 1. tit. 1. q. 6. n 18. & à num.* 11. Et lex declaratoria trahitur ad præterita, Don 10
Chriſtoph. de Pace *in ſcholiis ad leges ſtyli l. 200. n. 7. & 29. verſ. oritur.* Chald. Pereira *de poteſt. elig c. 11. num.* 30. Henriq. *conſ. 7. à n.* 75. Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opin. tit. de regulis iuris concl. 2. n.* 10.

In gloſſ. *Non ſuperſtitibus.* Notatur ad hoc quòd re- 11
ſtitutio, quoties creditor cui eſt facienda, longè abeſt à loco vbi debitor habitat, facienda eſt expenſis creditoris abſentis, vt per Couar. *in reg. pecatum, part. 1. num* 7.

In gloſſ. *In facultatibus.* ibi, *ſi tamen ad pinguio-* 12
*rem fortunam.* &c. Notatur ad hoc, quod vſurarius, qui poſt ceſſionem deuenit ad meliorem fortunam

poteſt ſibi retinere quantum ſufficiat pro alimentis vt per Couar. *lib.2 vari.c.1.n.6.& in d.reg. peccatum in princip.n.2.* Lara *in l ſi quis à liberis §. ſolent.n.39.ff.de liberis agnoſc.* Gemin. *de vſuris commento* 4.§.4 *n.*64. Surd. *de alimentis, tit.8. priuil.28.n.6.*

13 In ead. gloſ. ibi, *nec habetur ratio ne egeat.* Notatur ad hoc quòd quamuis vſurarius cedat omnibus bonis, eius tamen neceſſitati non ſubuenitur beneficio talis ceſſionis vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.l.23.n.99. verſ.10.*

---

*SVMMARIVM.*

1 *Vendens rem plusquam valeat, quia ſolutionem differt, peccat, niſi dubium ſit an tempore ſolutionis erit valor rei variatus, & venditor non erat venditurus tempore, quo vendidit.*
2 *Venditio credito maiori pretio fieri non poteſt, quàm ea quæ agitur præſente pecunia.*
3 *Cenſus rectè conſtitui, & emi poteſt ad vitam ementis.*
4 *Doctores referuntur explicantes Bullam Pij V. ſuper forma creandi cenſus.*
5 *Contractus talis præſumitur, qualis fuerit denominatus.*

## Cap. In ciuitate. VI.

1 VEnditio credito, id eſt, expectata pecunia, maiori pretio fieri non poteſt quàm ea, quæ agitur præſenti pecunia, nam licèt in foro exteriori forma contractus non iudicetur vſuraria, quia non excedit dimidium iuſti pretij, tamen ſic vendens peccat contra iuſtitiam, niſi dubium ſit an merces venditæ plus minúſve ſolutionis tempore valituræ eſſent, & venditor non erat venditurus, tempore quo vendidit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Anchar. Butr. Beroi. Henric. Caniſ. Petr. Binsfel. Panorm. Bero. Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontif. pag.145.* Alagona *in compend iuris Canon pag.685 & vol. 4. repetit in iure canonico ad l b 5. Decretal.* Ioan. Crot. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decretal. lit.S. tit.15. cap.8.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.16.c.2.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc tex. deſumunt, declarant, & ad varias quæſtiones decidendas conducunt. Sot *de inſtit. lib.6. quæſt.4 art.1.* Ludou. Lopez *in inſtructor. Conſcient part. 2.c.63.65. & 74.* Rodulph. *in tract. de vſuris part.2. quæſt. 23.* latè Cened. *ad Decretal. collect.47. num.4. cum ſeqq.* Syluest. *in ſumm. verbo vſuram quæſt.2. & ſeq.* Angel. *eod. verbo num.58. & 59.* Nauar. *in man. cap.23. num.81. & c.17. num.206. & 228.* Conrad. *de contract. quæſt.59.* Couar. *lib.2. var. cap.8. num.6.* Gemin. *de vſuris comment. 3.§.5. à numer.99.* Boninſig. *in tract. de vendit ad tempus c.11.* Perez *l. 2. col. 3.& 4. tit.2. lib.8. Ordin pag.43.* Gutier. *canon. lib.1. cap.39.* Matien. *l.21. gloſſ.9. tit.11. lib.5. nouæ recop.* Curi. Philipp. *part.2. lib.2. cap.1. num.16.* Azor. *inſtit. moral. part.3. lib.8. cap.8.& 9.* Ludou. Beiam *reſp. caſuum. Conſcientiæ part.1. caſu 6 & 24.* Rebell. *de obligat. iuſtitiæ p.2. lib.9. quæſt.13.* Leſſi. *de iuſtit. lib.2. cap.3. dub.3. n.33. verſ. neque etiam,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.25. n.227. & 314. cum ſeqq.*

3 Vnde Hoſtienſ. Innocen. Ioan. Andr. Panorm. & cæteri *in præſenti*, excepto Anania, docuerunt cenſum rectè & iuſtè conſtitui & emi poſſe ad vitam ementis, ac per conſequens contractum dici licitum, quia ſicut poteſt diu viuere, ita poteſt cito mori, & dubius euentus, finiſque incertitudo contractum iuſtificat, ſequuntur Sot. *l.6. de iuſtit. quæſt.5. art.2.* Syluest. *verbo vſura 2. quæſt.12.* Medin. *de rebus per vſuram acquiſitis quæſt.14.* Nauar. *in comment. de vſuris ſuper Bullam. Pij V. quæſt.45. num.128.* Viuian. *tom.1. commun. opinion. lib.4. tit.22. numer.69. pag.602.* Gemin. *d. commento 3. §.4. num.96.* Surd. *conſ.162. num.36. & de alimentis tit.9. quæſt.11. numer.2.* Farin. *part.4. deciſ.30.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.3. q.25.* Azor. *d. part.3. lib.10. cap.17. quæſt.7.* Fontanel. *de pactis nupt. tom.1. clauſ.4. gloſſ.18. part.3.* Ioan de Salas *de cenſib. dub.5. & ſeq.* Filliuc. *in tract.35. de cenſib. part.2. c.2. num.284. & ſeq.* Cencil. *de cenſib. lib. cap.1. quæſt 4. n.3. in quæſt.12. & 13.* me citato *in hoc loco* Rot. *in Bononien. Saluiani 25. Iunij 1629.* coram Illuſtriſſimo Cardin. Virili, quod quidem aliqui extendunt quamuis tanto tempore is ſuperuixerit, quòd fructus excedant pretium ſolutum ex Gemin. *loco proximè citato,* & Surd. *d. quæſt.11. num.8.* & vide caſum per Beiam *reſponſ. caſuum conſcient. p.3. caſu 34. & part.4. caſu 27.* Et pro explicatione Bullæ Pij V. ſu- 4
per forma creandi cenſus, vide Molin. *de iuſtit. tract.2. à diſp.389. vſque ad diſp.395.* Azor. *d. lib.10. cap.19.* & quod hodie non obliget dicit. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verbo contractus cenſuales. §.1.* Et an in Hiſpania, vide Henriq. *in ſumm. lib.7. c.10. §.1. lit. I,* Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ pag. mihi 218.* Valaſc. *conſil. 133. num. 20.* Et quid apud Germanos Bernard. Grauæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.2. concl.7. in coronide.* Et quid apud Belgas, Leſſi. *de iuſtit. lib.2. cap.25. dubit.5. num.33.*

*Licèt autem contractus,* &c.] Notatur ad hoc, quòd 5
contractus talis præſumitur, qualis fuit denominatus, vt per Honded. *conſ.35. n.4. lib.2.* Menoch *de præſumpt. lib.3. præſumpt.105. n.2.* Anton. Menach. *Florent. deciſ.51. n.5.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.96. n.30.* & alios per me citatos *in tract. de Axiomat. iuris vſufreq. Axiom. 108. n.4. pag 72.*

---

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarius monitus non deſiſtens, ſi clericus eſt de officio & beneficio ſuſpenditur, ſi laicus excommunicatur.*
2 *Vſurarius monitus, & non deſiſtens, ſi clericus fuerit, ab officio & beneficio ſuſpenditur.*
3 *Vſurarius repellitur à beneficio obtinendo.*
4 *Ad Beneficia aſſumi non poſſunt infames.*

## Cap. Præterea. VII.

EPiſcopum ſuum Parochianum vſurarium vbi ad- 1
monitus non deſiſtit, ſi eſt clericus, debet ab officio, & beneficio ſuſpendere, ſi laicus, excommunicare donec ſatisfaciant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Anania, Hoſtienſ. Anch. Butr. Panor. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontificij pag.146.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.685.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.5. tit.15. cap.9.* & eſt poſt Concil. Lateran. *part.10. cap.2. verſ. præterea.*

*Eos ab officio, beneficióque ſuſpendas.*] Probat hic tex. 2
vſurarium monitum non deſiſtentem, ſi clericus fuerit, ab officio & beneficio eſſe ſuſpendendum, vide Couar. *lib.2. vari c.3. num.3.* Bernard. & Salzed. *in pract. c.19. num.2.* Gemin. *de vſuris commento 4. in præfat. n.6. cum ſeqq.* Farin. *in fragm. criminalib. part.1. lit.C. verbo clericus n.117.* & alios citatos per Cened. *ad Decretal. collect.7. num.13.* nouiſſimè Illuſtriſſimus Dominus meus Rodericus à Cunha poſt primam huius libri impreſſionem à me viſus *in comment. ad c.1. n.1. diſt.47.* vbi limitat, niſi clericus deſiſtat, à crimine vſurarum.

In

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

3 In gloſ. *Suſpendas.* ibi, *& repellitur ab obtinendo multò fortius.* Notatur ad hoc quòd vſurarius repellitur à beneficio obtinendo, vt per Couar. *d. c. 3. num. 3.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. c. 8. num.* 30. Nec poteſt ad illud eligi, ſeu præſentari, vt poſt Bertacin. *de Epiſcopo 1. part. 2. lib. q. 33.* Lambertin. *de iure patron. 2. l. 1. part. princip. part. 21. quæſt. 9.* reſoluunt Salzed. *d. c. 91. lit. A.* & Nicol. Garc. *d. c. 8. n. 31.* Farin. *d. verbo clericus n. 120. cum ſeqq.*

4 In ead. gloſ. ibi. *ſed nunquid Epiſcopus poteſt cùm talibus diſpenſare? Dico quòd ſic.* Intelligunt procedere quoad beneficia obtenta, non verò quoad obtinenda quæ infames aſſequi non poſſunt, Couar. & Salzed *itatis locis.*

---

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus pignorata computari debent in ſortem, & excipit vnum caſum.*

2 *Fructus in quocumque contractu pignoratitio computandi ſunt in ſortem & illam extingunt.*

3 *Feudalis rei dominus directus, qui eam à vaſallo in pignus accepit, iuſtè poteſt fructus pignoris perceptos vltra ſortem habere.*

4 *Dominium directum alicuius rei habens ſi eam tradat in pignus illi, qui vtile habet. acquirit ſibi fructus rei pignorata.*

5 *Emptor, qui percipit fructus rei empta, tenetur ad vſuras pretij non ſoluti.*

6 *Vſura non eſt, quod accipitur cauſa intereſſe.*

7 *Doctores referuntur agentes de intereſſe lucri ceſſantis. & damni emergentis.*

8 *Vſura regulariter committitur in contractu mutui.*

9 *Doctores referuntur de contractu & pacto venditionis de retrò agentes.*

10 *Vſurarius an cenſeatur contractus data modicitate pretij iuncta cum pacto de retrouendendo, oſtenditur.*

11 *Pactum de retrouendendo an minuat valorem rei, remiſſiuè.*

## Cap. Conqueſtus. VIII.

1 FRuctus pignoris computantur in ſortem, qua expleta redditur pignus, niſi pignus ſit terra de feudo monaſterij. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Anch. Butr. Panorm. Henriq. Caniſ. Petr. Binsfeldius, Viuian, *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag.* 146. Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 685. & vol. 4. repet. in iure Canonico ad lib. 5. Decretal.* Ioan. Crot. remiſſiuè Caſal. *in annót.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 16. cap. 10.*

2 *Titulo pignoris.*] Ergo in quocunque contractu pignoratitio, ſiue ſimus in pignore iudiciali, ſiue conuentionali, fructus ſunt computandi in ſortem, & illam extingunt, vt per Surd. *conſ. 194. num. 1. cum ſeqq. & conſ. 327. n 29.* optimè Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. c. 14. num. 10. cum ſeq.* & vide citatos Doctores *ad c. 2. num. 3. ſub hoc tit.*

3 *Niſi terra ipſa de feudo,* &c. Notatur ad hoc, quod dominus directus rei feudalis, qui eam à vaſallo in pignus accepit, iuſtè poteſt fructus pignoris perceptos vltra ſortem habere, ad quod citaui plures Doctores *in c. 1. de feudis.* Vnde colligitur habentem dominium

4 directum alicuius rei, ſi eam tradat in pignus illi, qui vtile habet, acquirere ſibi fructus rei pignoratæ, vt per Laram *in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his num. 294. & 295. ff. de liberis agnoſ.* vbi ſecus dicit ſi vſufructuarius rem in qua vſumfructum habet, domino in pignus daret, quia tunc ipſe dominus fructus ſuos non faciet; nam fructus ſpectant ad eum, qui habet dominium, Flamin. *de reſignat. benefic. lib. 1. quæſt. 6. num. 13. & num. 45.*

In gloſ. *De feudo.* ibi, *vt cùm vendo tibi prædium, &* 5
*trado, & percipis fructus, nec ſoluis mihi pretium ad terminum,* &c. Notatur ad hoc, quòd emptor, qui percipit fructus rei emptæ, tenetur ad vſuras pretij non ſoluti, Viuian. *tom 1. commun. opin. lib. 4. tit. 34. num. 6. pag. 641.* vbi Bellacomb. *num. 24. pag. 643.* Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opinion. lib. 3. tit. de empt. concl. 3. pag 186.* Gaſp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 3. quæſt. 7. n. 107.* Surd. *de aliment. tit. 7. quæſt. 17. num. 7.* D. Barboſ. *in l. de diuiſione num. 13. cum ſeqq & num. 57. & à num. 67. ff. ſoluto matrimon.* Fachin. *controu lib. 2. c. 32.* Gam. *Luſit. deciſ. 71. num. 2. & deciſ. 96. n. 1.* Gabed. *part. 1. deciſ 166.* Aloyſ. Ricc. *collect. deciſ. part. 1. collect. 199.* Chald. Pereira *quæſt. forenſ. conſil. 35. num. 31. & de empt. c. 23. num. 10. cum ſeqq. & à num. 14.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. c. 2. n. 3.* Molin. *de iuſtit tract. 2. diſput. 368. verſ. ſecunda concluſio,* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 1. tit. 9. num. 19. & lib. 4. tit. 16. num. 42. & tit. 24 num. 12 cum ſeqq.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 3 quæſt. 18. à princip. & q. 35. num. 5.* Farin. *in praxi crimin. part. 4. conſ. 91. n. 1.* Rebell. *de obligat. iuſtitiæ par. 2. lib. 9. q. 14. à num. 11. & q. 17. à n. 10.*

In ead. gloſſ. ibi, *quaſi intereſſe petuntur.* Et ſic 6
illud quod accipitur cauſa intereſſe non eſt vſura, Perez *ad rub. tit. 1. gloſ. 1. pag. 19. verſ. præterea lib. 8. Ordin.* nam verum intereſſe ſiue ratione lucri ceſſantis, ſiue damni emergentis, rectè peti poteſt, Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 45. num. 28. cum ſeqq.* Et de huiuſmo- 7
di intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, vide Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloſ. 18. num. 71.* Menoch. *de arbitr. caſu 119. cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl. 472. num. 8. cum ſeqq.* Gabr. *lib. 3. commun. tit. de ſolut. concl. 10.* Vincent Carot. *de locato part. 1. de lucro ceſſante.* Ariſm. Tepat. *var. lib. 1. tit de intereſſe.* Seraphin. *de priuileg. iuram priuil. 31.* Rebell. *d. part. 2. lib 8. à quæſt. 5.* Ludou. Beia *part. 3. caſu 32.* Chald. Pereira *de empt. cap. 29.* Celebris eſt doctrina Pauli de Caſtro *in l. 3 §. fin. ff. de eo quod certo loco,* nempe quòd vt debeatur intereſſe lucri ceſſantis, ſit neceſſaria mora debitoris, quòd creditor ſit ſolitus negotiari, & quòd occaſio lucrandi fuerit in promptu, & ob defectum pecuniarum fuerit amiſſa, ſequuntur Riminald. iun. *conſil. 218. num 99. cum ſeqq.* Burſat. *conſil. 72. à num. 8.* Honded. *conſil. 50. num. 3. lib. 1. & conſil. 39 num. 2. lib. 2.* latè Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 7. §. 2. ampl 8. à num. 99. vſque ad numer. 268.* Rota paſſim ſequitur, vt apud Mohedan. *deciſ. 3. de vſur.* Pute. *deciſ. 231. lib. 1. in correct.* Seraphin. *deciſ. 314. num. 2. in fine, & deciſ. 946. num. 5.* apud Zachiam *de ſociet. offic. deciſ. 7. num. 3. & ſeq. & deciſ. 42. num. 2 & part. 4. diuerſ. deciſ. 247. in fine,* & poſt 2. vol. concil. Farin. *deciſ. 225. num. 7. & in Anconitana computorum 26. Martij* 1610. coram Card. Pamphilio iun. & *in Romana cenſus 11. Decembris* 1617. coram bonæ memo. Patriarcha Mazanedo, & *in Ferrarien. pecuniaria 31. Ianuarij* 1629. coram R. P. D. Motmanno, vbi quòd Rota conſtanter ſequitur hanc Pauli de Caſtro doctrinam vti æquam & rationabilem.

In ead gloſ. ibi, *illud poteſt intelligi mutuo.* Notatur 8
ad hoc, quòd vſura regulariter committitur in contractu mutui, vt per Viuian. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 22. n. 73. pag. 604.*

In ead gloſ. ibi, *item ſi vendo tibi fundum iuſto pretio* 9
*ea lege,* &c. De contractu & pacto venditionis de retro, de quo *in l. 2. C. de pactis inter empt.* quam citat gloſ. *in præſenti,* agunt apud Luſitanos *Ordin. Regia lib. 4.*

tit.4. vbi parens meus, & apud Caſtellano 5.l.4.tit. 6. lib.8 nouæ recop. vbi Azeued. Couar. lib.3. vari. c.8.n.4. Nauar. in man. cap.17. à num. 243. Anton. Gomez tom.2. vari. c.2. num.27. Affl. deciſ.85. Thom. Boninſign. de iuſtis negotiat. tract. de vendit. ad tempus c.14. Boër. deciſ. 102. & 183. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub.11. §.1. in principio, Cotta in memorab. verbo pactum de retrouendendo, Tiraquel. de retract. tit.2. in præfat num. 2. & ſeq. Mozzi. de contract. tit. quibus modis annulletur emptio num. 19. Menoch. de arbitr. caſu 217. num.1. Caballin. milleloq. q.416. Perez. l.1. colum.1. verſ. & hoc etiam dignoſcitur tit.2. lib.8. Ordinam. Maſcard. de probat concl.441. num.3. Brunor. à Sole in locis communib. verbo pactum 9. Raudenſ. de analog. lib.1. cap.30. Fachinæ. l.2. controuerſ. c.2. & c 13. cum ſeqq. Felician. de cenſibus lib.1. cap.6. n.8. Morl. in emporio iuris ciuilis part. 1. tit.9. quæſt.10. Aloyſ. Riccius in collect. deciſ. part.1. collect. 5. Cardin. Mantiq. de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 4. tit.31. à num.1. cum ſeq. & tit.32. num.105. & lib.8. tit. 20. num.3. Farinac. de falſitate, & ſimulat. quæſt. 163. à num. 20. cum ſeqq. Bernard. Crauæ. ad practicam Cam. Imper. l.2. concl.16. plures Doctores refert Caſtill. lib.2. quotid. quæſt. c.25. num. 5. cum ſeqq. alios ex antiquioribus citat Cened. ad Decretal. collect. 28. Ex noſtris Luſitan. vide Gam. deciſ. 28 128. 138 & 178. Chald. Pereira in l. ſi curatorem verbo ſua facilitate n.67. Valaſc. conſult.70. & 154. Ex ſummiſtis Angel. verbo vſura 1. §. 66. & aliquot ſeqq. Sylueſt. vſura 2. quæſt.15. Roſella vſura 1. q.45. & 46. Ex Theologis Conrad. de contract. quæſt.85. Sot. lib.6. de iuſtit. quæſt.5. art.3. Ludou. Beia reſponſ. caſuum conſcientiæ part. 1. caſu. 7. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 320. & diſput. 374. cum ſeqq. Azor. inſtit. moral. part.3. lib. 8. cap. 12. Leſſi. de iuſtit. lib. 2. cap. 20. dub. 16. num.138. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib.25 à n.291.

10 In ead. gloſ. ibi, aliàs ſi modicum eſſet pretium, præſumitur contractus in fraudem vſurarum. Tenet hæc gloſ. data modicitate pretij iuncta cum pacto de retrouendendo contractum cenſeri vſurarium, præcipuè ſi emptor fuerit per prius ſolitus fœnerari, de quo an verum ſit, vide Couar. d. cap. 8. num. 3. Tiraquel. in d. præfat. num.5 cum ſex. Affl. Neap. deciſ.65. Gramm. deciſ. 76. Ozaſc. Pedem deciſ. 41. Franc. Marc. Delphin. deciſ. 484. part.1. Boër. deciſ. 101. Mynſing. centur. 3. obſeru. 62. Anton. Fab. in ſuo C ſub tit. plus valere, quod agitur, deſinit.7. Gam. Luſitaniæ deciſ.138. num 1. Maet. in votis nouiſſimarum deciſ. voto 54. à princip. Kirchou. tom.1. commun. opinion. lib 4 tit.5. de obligat. & actionibus num 36. pag 468. Mich. Craſſ. tom. 2. lib.8. tit.28. de euictionibus num.14. pag. 398. Viuian d. lib. 4 tit.26 de contrahen. empt. num. 142. pag. 628. Menoch. de præſumpt. lib.3. quæſt.122. num. 30. & conſ.343. num.20. Felician. de cenſib. lib.1. c.6. à num. 12. cum ſeqq. & cap.7. num.7. Mozzi de contract. tit. ex quibus cauſis annulletur emptio num.31. Achil. Pedroch. conſil.36. num. 82. Fachin. lib.2. controuerſ. c. 12. Maſcard. de probationibus. concluſ. 447. Molin. d. tract.2. diſput. 375 verſ. hoc loco, Ceual. communium contra communes quæſt. 224. Card. Mantic. d. tit. 20. num. 5. cum ſeqq. latè Gaſpar Roder. de annuis redditib. lib.2. quæſt.3 num.8 cum ſeqq. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.258. num. 1. Farin. de falſitate, ſimulat. quæſt. 163 à num. 40. Cardoſo in praxi iudicum, & aduoc. verbo emptio num.56. & verbo vſura, n. 10. Valaſc. conſult.70 num. 3. & 9. Chald. Pereira in l. ſi curatorem verbo ſua facilitate num.56. cum ſeq. & de reſolut. emphyt. cap. 13. num.26 & de emptione cap.8. num.25. Honded. conſil.31. num.68. lib.1. & conſil. 33. num. 66. lib 2. Sed quicquid inuoluant hi Doctores, Rota ſemper tenuit ſufficere modicitatem pretij cum pacto de retrouendendo vt contractus ſit fœneratitius, quamuis emptor non ſit ſolitus fœnerari, vt apud Caſſad. deciſ.1. num.1. de vſuris, & in Imolen. bonorum coram Orano, quæ eſt deciſ.99. ſub num.1. poſt 2. vol. conſil. Farin & repetita deciſ. 801. part. 4. diuerſ. & in Bononien. de Balliis 19. Martij 1607. coram bonæ mem. Card. Marquemont, & in Turritana palat. 5. Maij 1604. coram Ortenbergo, & in Romana ſimulationis contractus 24. Februarij 1620. coram Remboldo, & in Bononien. affrancationis 26. Iannarij 1622. coram Reuerend. D. meo Coccino Decano, & in alia Romana ſimulationis contractus 14. Februarij 1631. coram R. P. D. Dunzetto iun. & allegat pro ſe Cagnol. in l.2. num. 50. de pactis interempt. Pariſ. conſil.54. num.62. vol.1. & conſil. 81. num. 29. volum.3. Crauet. conſil.156. num.7. Roland. conſil.40. num.21. & 42. lib.2. Rimin. iun. conſil.228. num.122. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. c.600. num.1. Pretij verò modicitas ad arguendum fœneratitium contractum cum pacto de retrouendendo decet eſſe vltra dimidiam iuſti pretij Roman. conſil. 304. in princip. Roland. conſil. 69. num 33. & ſeqq. lib. 2. & d. conſ.58. num.11. cum ſeqq. lib 4. Cephal. conſil. 289. num. 37. lib. 2. cum aliis per Honded. d conſ. 31. num.69. lib.1. & d. conſil.33. num.62. lib.2. Stephan. Gratian. d. c. 600. num.2. Rot. deciſ.256. num. 9. poſt 2. vol. conſil. Farin. & in Ferrarien bonorum 4. Iulij 1629. coram R. P. D. meo Pirouano. Concurrentibus tamen aliis coniecturis contractus huiuſmodi iudicatur fœneratitius, licet læſio non ſit vltra dimidiam, Pariſ. d. conſ. 54. num.69. lib.1. Afflict. deciſ. 40. num. 19. poſt princ. & ſufficere læſionem vſque ad tertiam partem tantùm vbi adſunt aliæ coniecturæ, fuit dictum in citata Bononien. affrancationis, & quòd ſine modicitate pretij ſufficiant aliæ coniecturæ, Roland d. conſil.40. num.42. lib.2. Rot. in Mediolanen. pecuniaria 22. Ianuary 1593. coram bonæ mem. Card. Millino. Quid in ruſtico emente cum prædicto pacto, & pretij modicitate, vide Tiraquell. in d. præfatione num. 34. & 35. Menoch. d. lib.3. de præſumpt. quæſt.122. num.40. & de arbitrariis caſu 194. n.47. & conſ. 343. n. 17. Car. Mantic. d lib.8. tit.15. n.13. vbi n.14. de minoribus, mulieribus, & militibus.

Vtrùm autem pactum de retro minuat valorem 11
rei, vide Couar. d lib.3. c.19. num.1. Tiraquell. in d. præfat. num. 20. Pinell. in l.2. C. de reſcind. vendit. part 3. cap. fin. num.19. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 97. num.6. Maſcard. de probat. concluſ. 960. num.13. Menoch. conſ. 358. num.26. Gemin. de vſuris commento 2. §.1. num.19. Cened. ad Decretal. collect. 28. num.4. Card. Mantic. d. tit. 20. n.41. Molin. d. diſput.375. verſ. rem venditam. Azor. inſtit. moral. part.3. lib.8. cap.12 quæſt.2. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib.25. num.293. Cam. deciſ.138. num.2. & deciſ.168. num.8. Chald. Pereira ad l. ſi curatorem verbo ſua facilitate num. 83. Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 10. num. ad finem, & d. conſ. 60. num. 10. Stephan. Gratian. d cap. 600. num.8. Honded. d. conſil.33. num.31. lib.2. Roland. d. conſ. 57. à n.11. lib.4. Surd. conſil.226. num.21. Rot. d deciſ.240. num.2. & 3. poſt.2. volum. conſil. Farin. & in Romana fideiuſſionis 14. Martij 1617. coram bonæ mem. Andrea, & deciſ. 746. ſub num.5. verſ. ita quod part. 4. diuerſ. quorum receptior ſententia tenet quòd in conſtituendo iuſto pretio ad effectum cognoſcendi modicitatem prædictam, eſt habenda ratio pacti de retrouendendo quod minuit de vero valore circa quartam partem. Verum hoc procedit quando pactum huiuſmodi eſt perpetuum & liberum, non autem quando eſt ad certum tempus, vt loquuntur Doctores citati & declarat Rot. in d. 5. Bononien. affrancationis, tunc enim quando pactum eſt temporale, æſtimatur in ſexta tantum parte, ſecundum opinionem Rotæ, vt coram Buratto deciſ.62. num.8. & deciſ.471. num.3. Vel æſtimari debet habita ratione temporis pacti appoſiti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſiti, vt fuit reſolutum *in Romana domus de Mategatiis* 29. *Nouembris.* 1591. coram Orano. Niſi tamen pactum hoc eſſet conceptum negatiuè, & limitatum in damnum venditoris, nempe vt non poſſit redimere, niſi elapſo tanto temporis ſation, tunc enim pro tempore pro quo redimi nequit pactum, nihil minuit de vero valore, Tiraq. *in d. præf. num.* 26. & fuit reſolutum *in d. Romana ſimulationis contractus* 14. *Februarij* 1631. coram R.P. D.Dunozetto.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarij hæres, filius vel extraneus vſuras extortas per defunctum reſtituere compellitur.*

2 *Vſurarij hæredes compellendi ſunt reſtituere, vſuras per vſurarium extortas.*

3 *Res tranſit ad ſucceſſorum cum ſuo onere*

## Cap. Tua nos IX.

1 VSurariorum hæredes, filij, vel extranei iiſdem pœnis ſunt cogendi ad reſtituendas vſuras, quibus cogerentur defuncti vſurarij, ſi viuerent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 147. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 685. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 15. *cap.* 11.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Couar. *lib.* 3. *vari. cap.* 3. *num.* 7. Anton. Gom. *vari. tom.* 2. *c.* 10. *n.* 4. *colum.* 2. *in princip.* Neguzant. *de pignorib. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 155. Salon. 2.2. *quæſt.* 78. *art.* 3. *controu.* 8. vbi Bann. *dub.* 4. Chald. Pereira *in comment. ad l. vni. C. ex delictis defunct. part.* 4. *num.* 4. Ioan. de Salas *d. contract. tit. de vſuris dub.* 42. *num.* 2. Bonacin. *eod. tract. diſp.* 3. *quæſt.*

3 3. *puncto* 9. *num.* 14. Res enim tranſit ad ſucceſſorem cum ſuo onere, vt habetur hîc in poſitione caſus, de quo Tiraq. *de retract. lig.* § 1. *gloſ.* 9. *n.* 102. Menoch. *conſ.* 2. *n.* 32. & *conſ.* 63. *num.* 11. & *conſ.* 80. *n.* 79. Cabed. *Luſit. deciſ.* 52. *n.* 1. *part.* 2. D. Barboſ. *in l. poſt dotem. num.* 5. *ff. ſoluto matrim.* Chald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 30. & *n.* 33. & *de emp. & vend. cap.* 10. *num.* 10. & *cap.* 27. *num.* 79. Ioan. Martinus à Coſta *in addit. ad tractat. libellorum annot.* 6.

4 *Succedunt.* ] Secus ſi abſtinuerit ab hæreditate paterna: nolentes ſe negotiis hæreditatis implicari, vt per Duen. *reg.* 277. *ver. fin.*

5 *Cogeretur.* ] Etiam de iure ciuili, vt per Duen. *reg.* 13. *limit.* 11.

6 In gloſ. *Cogendi.* ibi *quia omnia bona defuncti erant illi obligata.* De hoc vide quæ dixi *ad cap. cùm tu, ſup. hoc tit.*

---

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarius mentalis, ideſt, mutuans ea mente vt vltra ſortem aliquid recipiat, tenetur in foro animæ ad illud reſtituendum ſi ex hoc aliquid conſecutus eſt.*

2 *Vſurarius mentalis an, & quando teneatur reſtituere, oſtenditur.*

3 *Vſurarium in foro conſcientiæ facit quem ſola intentio, & ſpes.*

4 *Vſurarius mentalis cur teneatur ad reſtitutionem non ita ſimoniacus mentalis, oſtenditur.*

5 *Emens rem viliori pretio ob anticipatam ſolutionem vel vendens cariori ob dilatam, an committat vſuram, oſtenditur.*

6 *Vſurarium facit quem mentalis intentio, & ſpes lucri, quando eſt principalis, & primaria.*

## Cap. Conſuluit. V, *Vrb. III.*

VSurarius mentalis, ille ſcilicet qui ſine conuentio- 1
ne, ſed eo animo mutuat vt aliquid plus vltra ſortem accipiat, & ſecus non mutuaret, in conſcientia tenetur reſtituere; idem in non dante parabolam iuramenti niſi aliquid inde recipiat; & idem in vendente rem pluſquam valet, quia differt ſolutionem. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hoſtien. Butr. Anchar. Panor. Laurẽt. de Rodulphis, Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 147. Alagona *in compend. iuris Canonici pag.* 686. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15. *cap.* 12.

Hîc ſedet materia vſurarij mentalis, de quo an, & 2
quando teneantur reſtituere, vide Caiet. *in ſumm. verbo vſura mentalis,* Sylueſt. *eod. verb.* 6. *quæſt.* 4. Armil. *eod. verbo num.* 35. Sot. *de iuſtit. lib.* 6. *quæſt.* 1. *art.* 4. Couar. *in reg. peccatum, part.* 2. *in inito à num.* 4. Cabalin. *de vſuris num.* 7. & 8. Ludou. Carbo *in reſtit. quæſt.* 57. *concl.* 11. Ludou. Lopez *in inſtruct. conſcien. tom.* 1. *c.* 205. Aragon. 2.2. *quæſt.* 78. *art.* 1. vbi Ban. *art.* 3. & Salon. *controu.* 10. Gemin. *de vſuris commento* 4. §. 2. *num.* 49. *cum ſeqq.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudicum lib.* 1. *cap.* 1. §. 3. *verſ. quarto decimo,* Ceual. *communium contra commun. quæſt.* 483. Perez *l. fin. gloſ. pag.* 65. *tit.* 21. *lib.* 7. *Ordin.* Gutier. *canonic. lib.* 3. *cap.* 39. Petr. Nauarr. *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 172. *cum ſeqq.* Solis *de cenſibus lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 13. Gaſp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 23. Soar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *l.* 4. *de ſimonia cap.* 59. *num.* 45. *cum ſeqq.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 3. *quæſt.* 34. Azor. *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *ſub tit. de vſura cap.* 16. *de vſurario mentali* Nicol. Garc. *de benefic. part.* 8. *c.* 1. *num.* 47. *cum ſeqq.* quorum eſt recepta, & communis opinio text. *in præſenti* vſurarium mentalem teneri ad reſtitutionem quando mutuatarius coactè det vltra ſortem ratione mutui, ſecus verò quando liberè, & ſponte, & gratioſè dat licèt mutuans iniquam habeat intentionem, & prauum animum, nempe accipiendi ratione, & vi mutui: & ideo ceſſante vſura mentali poſſe capere à ſponte dante, tenent Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 29. *num.* 9. Stephan.
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 141. *n.* 16. Nam ſola intentio, 3
& ſpes facit quem vſurarium in foro conſcientiæ vt per Menoch. *de arbitr. caſu* 360. *n.* 83. Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 28. *ſub n.* 8. Farin. *in prax. crimin. part.* 95. *q.* 142. *n.* 108.

Plures à Doctoribus aſſignantur differentiæ ratio- 4
nes inter vſuram, & ſimoniam, cur ſcilicet vſurarius mentalis teneatur ad reſtitutionem, vt probat text. *in præſenti*, non autem ſimoniacus mentalis, vt habetur *in cap. fin. ſup. de ſimonia,* quas adducunt Nauar. *in man. cap.* 23. *num.* 101. *verſ. tum quia,* Flamin. *de confident. quæſt.* 26. *n.* 40. Vgolin. *de ſimon. tab.* 2. *de ſimonia mentali cap.* 2. Veg. *in ſumm. part.* 2. *cap.* 101. *caſu.* 7. Gutier. *canonic. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 46. Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 2. *cap.* 66. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 16. *puncto.* 6. Lorencana *in compendio caſuum conſcientiæ, tit. de ſimonia cap.* 114. & alij, ex quorum dictis verior videtur ratio illa, nempe quod id, quod datur vſurario, non datur ſponte, ſed inuoluntariè; quod autem datur ſimoniaco, datur voluntariè per viam contractus voluntarij emptionis & venditionis, ſeu commutationis, &c. Nec etiam diſplicet ratio, quod in vſura afficitur iniuria ille à quo ea exigitur, & ideo illi reſtituenda eſt; ſed in ſimonia non fit iniuria illi, qai libenter dedit pe-

cuniam,

cuniam; ſed iniuria facta eſt rebus ſacris, & ſpiritualibus, & ideo nulla reſtitutio eſt illi facienda de iure diuino, &c.

5 *Et an negotiator*, &c. ] Vide Doctores, quos citaui *ad c. in ciuitate ſup. hoc tit.* quibus adde Cened. *ad Decretal. collect. 47. num.* 3. qui in hæc verba eleganter prorupit. Ego tamen aduertendum cenſeo in hac materia, quæ valde difficilis eſt, pro eius ſumma intelligentia, & ornatu in foro exteriori minimè iudicari debere contractum vſurarium illum, in quo & vera pretij anticipatio, & eiuſdem pretij diminutio, aut iniuſtitia interuenerit, ſi de alio tertio requiſito non conſtiterit, ſcilicet ſecundum propter primam interueniſſe, ideſt, iniuſtitiam, & diminutionem pretij propter ipſius anticipationem contigiſſe: illud quippe, quod dici ſolet ementem rem viliori pretio ob anticipatam ſolutionem, vel vendentem cariori ob dilatam committere vſuram, intelligendum eſt dummodo de ea intentione iudici conſtet. Nec enim ad conuincendum vſuram in foro exteriori ſufficit, & pretium anticipari, & iniuſtitiam caſualiter adeſſe. Cùm bene ſtet emptorem pecuniam anticipantem, non ideo exiguum, & iniuſtum pro re empta pretium obtuliſſe, quia illud anticipabat, ſed quia mercem (ita pecunia præſenti ſicut ad terminum emendò) pluris non æſtimabat, licèt minus iuſtè æſtimet, & ſic venditorem in pretio decipiat, ſed neceſſe eſt in exteriori foro de hac praua intentione conſtare ementem, ideò vilius iuſto pretio emiſſe, quia illud ſtatim anticipabat, mercem expectaturus, vel etiam vendentem ideò carius iuſto pretio vendidiſſe, quia eius ſolutionem expectabat mercem illicò traditurus; & ſic quod in primo caſu diminuatur de pretio propter eius anticipationem, in ſecundo verò augeatur propter dilationem datam ad ſoluendum, & quod vtroque caſu tam diminutio, quàm exceſſus iuſti pretij propter temporis dilationem, quæ hos contractus vſurarios reddit, contingat; licet in interiori foro, quomodocunque id contigerit, obliget decipientem ad obligationem reſtituendi, prout apertè probat textus *in præſenti*, vbi ſic diſtinguit *gloſ. fin.* ita concilians hunc textum cum *cap. in ciuitate*, *ſuprà hoc titulo.* Hæc Cened. *d. loco*, & in terminis ita Gutierez *canon lib* 1. *cap.* 39. *n.* 11. *cum ſeqq.* vbi *n.* 11. affirmat ſæpiſſimè in foro Eccleſiaſtico ſe ita obtinuiſſe.

6 In gloſ. *Sperantes.* ibi, *ſpe lucri principaliter poſita.* Notatur ad hoc, quòd non peccat, qui principaliter mutuat pecuniam, vt iuuet conſanguineum, amicum, & proximum, quamuis minus principaliter & ſecundariò ab eis ex hoc aliquid ſperet, vt per Nauar. *in man. cap.* 17. *num.* 209. *& conſ.* 51. *ſub tit. de ſimon.* & alios quos refert Flamin. *de conſid. quæſt.* 1. *num.* 42. Vnde notatur etiam ad hoc, quòd mentalis intentio & ſpes lucri facit quem vſurarium quando eſt principalis, & primaria, de quo an verum ſit, vide Caiet. 2. 2. *q.* 78. *art.* 1 *ad* 4. Sot. *lib* 6 *de iuſtit. q.* 1. *art.* 2. Medina *de vſura q.* 1. Azor. *d. c.* 16. *de vſurario mentali*, *quæſt.* 3. Nau. *in comment. de vſuris n.* 19. *& in tract. definib human. act. n.* 39. Farin. *conſ.* 75. *n.* 84.

In gloſ. *Malè agere.* Hæc gloſ. tota eſt in conciliando text. *in præſenti*, cum cap. *in ciuitate, hoc tit.* vt ſcilicet *d. cap. in ciuitate*, procedat in foro exteriori, in quo minimè iudicari debet contractus vſurarius ille, in quo eſt vera pretij anticipatio, & eiuſdem pretij diminutio interuenerit, niſi conſtet iniuſtitiam & diminutionem pretij propter ipſius anticipationem, aut temporis dilationem contigiſſe abſque alio reſpectu; at vero tex. *in præſenti* procedit in foro interiori, in quo quomodocunque id contigerit, ſemper obligat decipientem ad reſtitutionem, ſequuntur hanc diſtinctionem *in hoc tex.* Hoſtien. & Andr. *in fine*, Butr. *num.* 2. *&* 6. Anan. *col. fin.* & Panorm. *num.* 6. *& in d. cap. in ciuitate* idem Hoſtienſ. & Anan. *num.* 5. Ioan. Andr. *col. fin.* Panorm. *num.* 5. Beto *num.* 2. 3. *&* 8. Card. *num.* 4. *in* 3. *oppoſ.* Laurent de Rodulph. *in tract. de vſuris part.* 2. *in princ. num.* 9. Soc. iun. *conſ.* 83. *num.* 9. 19. *&* 20. *in fin. volum.* 2. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 39. *ex n.* 11.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarius manifeſtus appellans ad ſubterfugiendam reſtitutionem audiendus non eſt, & n.* 2.
3 *Appellatio non datur in notoriis.*

## Cap. Quàm pernicioſum. XI.

VSurarius manifeſtus quando conuenitur de vſuris, ſi appellat ad ſubterfugiendam ſolutionem, non admittitur appellatio, maximè ſi vſuris publicè renuntiauit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Anchar. Butr. Panorm. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 148. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 686. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 10. *cap.* 1.

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumit Peter. *ad rub. tit.* 2. *gloſ.* 1. *pag.* 26. *col.* 1. *verſ. præterea, lib.* 8. *Ordin.* Nam in notoriis non datur appellatio tam in civilibus, quàm in criminalibus, in quibus non obſtante appellatione poteſt iudex ad exequutionem ſuæ ſententiæ deuenire, vt probat *cap. cùm ſit Romana* 5. *§ præterea*, *ſup. de appellat.* per quod ita reſoluunt Balb. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 14. *n.* 10. *pag.* 321. Ant. Gom. *tom* 3. *var. c.* 1. *num.* 47. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 21. *n.* 117. Sigiſmond. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 4. *à num.* 13.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudæi per ſubtractionem communionis Chriſtianorum & per Principes ſæculares cogendi ſunt ad vſuras reſtituendas*
2 *Iudæis vſuras exercere non licet.*
3 *Vſuræ ita ſunt prohibitæ Iudæis, ſicut Chriſtianis.*
4 *Iudex ſecularis in cauſis vſurarum an iudex eſſe poſſit, remiſſiuè*
5 *Commercium cum Iudæis nobis eſt licitum.*
6 *Iudæus poteſt puniri per indirectum pœnis eccleſiaſt. ſi fœnus exerceat.*

## Cap. Poſt miſerabilem. XII.

PRincipes ſeculares cogere debent Iudæos vſuras Chriſtianis remittere, & Chriſti fideles abſtinere tenentur ſub pœna excommunicationis à commerciis, & omnimoda communione cum Iudæis, donec prædictas vſuras remittant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Cened. *collect.* 38. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 148. Alagona *in compend. iuris Canon p.* 686. remiſſiuè Ximen. *in conc. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 10. *cap.* 2.

*Iudæos ad remittendas*, &c. ] Notatur ad hoc, quòd Iudæis vſuras exercere non licet, vt per Gregor. Lop. *l.* 22. *verbo à alguno Iudio*, *tit.* 12. *part.* 5. Tiraq. *de iure primog. q.* 66. *n.* 5. Bonac. *commun. crimin. verbo Iudæi prohibentur.*

BARBO
In Ius C
To.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*peatur*. Azeued. *l.1.num.*185.*tit.*21.*lib.* 4. *nouæ recop*.D.
Barboſ.*in l. Titia, num.*53. *ff. ſoluto matrim.* plures per
3 Cened.*ad Decretal.collect.*30.*num.*1.Nam vſuræ ita ſunt
prohitæ Hebræis, ſicut Chriſtianis, Anton.Ricciul.*in
tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtit.
lib.*2.*cap.*19. *num.*2. Latè, & eleganter Rot. *in Romana
vſurarium* 14. *Iunij* 1629. coram R.P. D. Merlino, vbi
diſertiſſimis verbis probat toto cœlo hallucinari Hebræos dum putant impiam eorum vſurarum exactionem à Chriſtianis poſſe tueri ex *Deuteron. cap.* 23. ibi
*non fœnceraberis fratri tuo, ſed alieno*, & ſic ex lege Moyſis
Deum ſibi ipſis indulſiſſe fœnori exteris. Nam pro
obiecti reſolutione præmonendi ſunt vſuram ex iure
diuino, ex iure canonico, & iure etiam naturali prohibitam eſſe, vt oſtendimus ad *cap.*2. *ſub hoc tit.* Si autem
principiis naturæ aduerſatur vſura, eſt prohibita, quia
mala in ſe, & intrinſecè, non mala quia prohibita, ergo
non rectè fit diſtinctio inter fratres & alienigenas cùm
ius naturæ ſit commune cunctis hominibus, immo S.
Thom. *q.*12.*de malo art.vlt.*& 2.2.*quæſt.*78.*art.*1. docet
cunctos mortales eſſe inuicem fratres & proximos, ex
parabola *Luc.c.*10. Nec illa aduerſatiua, *ſed alieno*, fuit
diſpenſatio, ſeu relaxatio, lex enim naturalis eſt indiſpenſabilis,& nihil iuri naturæ aduerſum licuit vnquam
Iudæis, nec tanquam licita in eo loco permiſſa fuit vſura Hebræis; ſed ſolùm tanquam impunita ad maiora
mala euitanda, quemadmodum & libellum repudij permiſit Moyſes ad interfectionem vxorum euitandam,&
ſi hæc vſurarum permiſſio comparatiua fuit ex quadam
diſſimulatione, ne ſcilicet quod turpius erat fratres ſuos
Deum colentes vſuris exhaurirent Hebræis ad quòd
fœnus proni admodum, & procliues erant, ita explicat
Guilel.Pariſ. Epiſcop. *de legib.circa princip.* Alexand.de
Ales 3.*part.quæſt.*59.*memb.*4.*art.*1.D.Thom. 2 2. *quæſt.*
78.*art.*1.& *ibi* Caiet. Turrec. Sot. & alij relati per Couar.*lib.*3.*var.c.*1.*n.*7. Bermon. *de publ.concub.*§.*de finali
ſpecie num.*6. & 7. vtiturque congruo exemplo Lothi,
Bensfeld.*in cap. quia in omnibus quæſt.*2.*per tot.de vſuris*,
Alex.de Neuo *conſ.*101.*num.*1.& 2.& *conſ.* 102*num.*3.
Ludou.Peguer.*deciſ.*30.*n.*10.Lup.*de vſuris* §.4.*num.*69.
& 70.Leſſi *de iuſtit.lib.*2.*cap.*20. *de mutuo & vſuris,dub.*
4.*n.*30.Molin.*de iuſtit. tract.*3.*de contract.diſp.*304.*num.*
15.*cum. ſeq.* Hieron de Luc.*de camb.*§.*reſtat videre.n.*19.
Fr.Sixtus *de fœnore Hebræorum lib.*2. *cap.*3.4.& 5. *d.c.*3.
atteſtatur Romæ á Philipp. Archinto Vicario Papæ,&
poſtea Archiepiſcopo Mediolan. præuio reſponſo peritiſſimorum Rabbinorum declaratum fuiſſe per ſententiam nullo modo citra peccatum etiam attenta lege
Moyſis licere Hebræis neque in ſuos neque in alienos
exercere vſuras, Rabbinique illi retulerunt verba *Deuteron.d.c.*23. non ſuffragari. Et idem etiam per laudum
Ferrariæ pronuntiauit ab ipſis Hebræis arbiter deputatus Paulus Contugus, eximius,& magni nominis Iureconſultus, aſſentiẽtibus Doctoribus Lombardię Rabbinis. Vel, ſaltem dicendum eſt Moyſem per illa verba, *ſed
alieno*, non conceſſiſſe mutationem veram vſurariam,
ſed ſimilitudinariam, cùm enim Gentiles detinerent
terram promiſſionis iniuſtè; quia Hebræorum erat: nec
hi bello eam vendicare valerent, poterant ſub palliato
nomine vſuræ aliqua ex parte ab hoſtibus recuperare,
quod eorum erat, & illud non erat alienum rapere, ſed
quod ſuum erat redimere, neque erat accipere lucrum
ex mutuo, ſed occaſione aliunde vendicare debitum, in
quo propriè vſura non cadit, ſed tantum ſimilitudinariè
*c.*1.*hoc tit.de vſur.*& *ibi gloſ vlt.*& ita illum locum *Deuteron.cap.*23. temperant, & exponunt Anan. *in d.cap.*1.
*num.*6.Ludou.Peguera *d.deciſ.*30.*num.*10.Molin.*d.diſp.*
304 *num.*16. Petigian. *in* 4.*ſentent. diſt.*35.*quæſt.*2.*art.*3.
*verſ.poteſt & aliter.*Hieron.de Luc. & Couar. *citatis locis*, Alex.de Neuo *conſ.*100.*n.*.1.& *conſ.*101.& 102.*n.*3
Clar.§. *vſura num.*7. *verſ. hoc tamen*, Lup.*de vſuris* §.4.
*num.*71.

*per principes, & poteſtates*,&c.]Ergo ſecularis in cau- 4
ſis vſurarum iudex eſſe poteſt, de quo an & quando
verum ſit, vide Couar.*lib.*3.*var.cap.*3.*num.*1.& *de ſponſalib.part.*2.*cap.*7.§.12 *ex num.*4.Caball. *in milleloq.*305.
Auil.*ad cap.*50.*Prætor.in verbo vſuras num.*1. Perez.*l.*4.
*in gloſ.exception.de vſura tit.*8.*lib.*3.*Ordin.*& *in rub.tit.*2.
*pag.*27.*verſ. eſt etiam puniendus, lib.* 8. & *l.*5.*col.*1.*verſ.
dubitari etiam ſolet*, *tit.*19.*eod.lib.*8. *Ordin.* Barthol.Humada *l.*58. *gloſ.*2.*ex num.*1. *tit.*6. *part.*1. Matienſ.*l.*9.*in
gloſ.*2.*tit.*18.*lib* 5.*nouæ recop.deciſ.Pedem*,137. & plures
Doctores citati per Cened. *d.collect.* 30. *num.*2. quibus
adde Bellet *diſquiſit.cleric.tit.de fauore cleric. reali* §.4 *n.*
130.Anaſtaſ.Germon.*de ſacrorum immunit.lib.*3.*cap.*12.
*num.*51.Soarez.de Pace *in pract.tom.*2.*prælud.*2.*num.*26.
Salzed.ad Bernard.*cap.*88.*tit.C.* Pradil. *in ſumma legum
pœnalium, part.*1.*cap.*30.Marta *de iuriſdict. part.*2.*cap.*7.
Gaſpar. Roder. *de annuis redditib. cap.*3. *quæſt.*4.*à num.*
122.Bobad.*in ſua politica,lib.*2.*cap.*17.*num.*40. Molin.
*de iuſtitia,tract.*2.*diſp.*333.*à princip.*D.Barboſ.*in l.Titia,
num.*46. *ff. ſoluto matrim.* Valer. Reginald. *in praxi fori
pœnit.lib.*23.*à n.*93.Stephan.Gratian.*diſceptation.forenſ.
cap.*14.*n.*23.Camill.Borrel.*in ſumm.omnium deciſ.tit.*43.
*de foro comp.à n.*135.& *de compromiſſis*,3.*gloſ.*1.*à n.*100
latè Seſſe *deciſ.*148.

*Tam in mercimoniis*, &c ] Ergo cum in hoc tex.pro- 5
pter delictum Hebręis in pœnam interdicatur commercium Chriſtianorum, abſque difficultate ſupponit commercium cum eis eſſe nobis licitum, ex reg. quod priuatio præſupponit habitum, *l. decem ff. de verb.obligat*,
atque ita reſoluunt. Marquat.*in tract.de Iudæis, p.*1.*c.*5.
Corſet.*in ſing.Societas il.*1.Cornaz.*Lucenſi deciſ.*127.*n.*
4. Anton. Hering. *de fideiuſſ. c.*8.*n.*116.*cum ſeqq.* Azor.
*inſtit.moral.p.*1.*lib.*8.*c.*12.*q.*4.Sanch.*in præcepta Decalogi*,
*tom.*1.*lib.*2.*c.*31.*n.*23.latè Anton.Ricciul.*d.lib.*2.*cap.*42.
vbi multipliciter ampliat.

*Per excommunicationis ſententiam*,&c.] Ergo Iudæus 6
poteſt puniri per indirectum pœnis Eccleſiaſtici ſi
fœnus exerceat, vt per Menoch. *de arbitr. caſu* 449.
*num.*17.

In gloſ.*Principes*.ibi, *quorum legibus in temporabilibus*. 7
*ſubiiciuntur Iudæi.* Notatur ad hoc, quòd Iudæi ligantur
ſtatutis locorum, quæ habitant, vt per Roland.*conſil.*25.
*num.*25 *lib.*2.Tiraq. *de iure primog.quæſt.*66.*num.*19.Bec.
*conſ.*84.*num.*7. quia ſunt de populo ciuitatis, quamuis
non ſint de populo Eccleſiæ, Socin.*conſil.*70.*num.*3.*lib.*
1.Bec.*d.conſil.*84.*num.*6. Ant.Ricciul.*d.lib.*2.*cap.*14.*n.*4.
quod quidem extendunt, vt procedat non ſolum in lege
ſcripta, ſed etiam in conſuetudine. Tiraquel.*d.quæſt.*66.
*n.*1 & 2.Roch. de Curt. *in cap.fin.de conſuetud.à n.*752.
Anton. Piagg. *in eod. tract. quæſt.* 8. *num.* 106. Molfeſ.
*ad conſuetud. Neapol. part.*2. *quæſt.* 32. Rota *in Roman.
alimentorum* 2.*Ianuarij* 1621. *coram. Illuſt. Manzanedo.*

---

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex ex officio ſuo vſurarium ad reſtituendas vſuras compellere poteſt, non obſtante iuramento de non repetendis vſuris per debitorem præſtito.*
2 *Declaratur tex.in præſenti.*
3 *Iudex ſæcularis an poſſit eſſe competens ad compellendos laicos creditores ad remittendas vſuras; remiſſiuè*

## Cap. Tuas dudum. XIII.

1 IVdex ex officio ſuo vſurarium ad reſtituendas vſuras vel eas non exigendas per cenſuras eccleſiaſticas appellatione remota compellere poteſt, non obſtante iuramento, quod exigunt vſurarij ab iis, à quibus vſuras petunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Anania, Hoſtienſ. Anch. Butr. Panor. Petr. Binsfeldius. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag.* 148. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 686. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap. 3.*

2 *Ab earum exactione deſiſtere.* ] Ergo ex iuramento de ſoluendis vſuris videtur ad illas petendas ipſis creditoribus actionem competere, iuuat tex. *in cap. debitores, verſ. cogendi ſunt, &c. ſup. de iureiurando,* dum ſignificare videtur hanc coactionem eſſe faciendam ad inſtantiam creditorum, ac per conſequens ipſis actionem competere, quod quidem intelligendum eſt quando vſuræ non petuntur ex contractu euidenter vſurario, ſed ſub forma contractus apparenter liciti, v.g. emptionis, & venditionis, vel ſimilis cum teneamur in dubio eam facere interpretationem, vt dolus non præſumatur. *l. merito ff. pro ſocio,* cùm ſimilibus: at verò quando petuntur vſurę concipiendo libellum ſub ea forma, quòd vſurę ſoluantur ex vi iuramenti, & conſtat euidenter de iniquitate contractus, & creditoris vſuras petentis, tunc in hoc caſu dicendum eſt nullam actionem competere creditoribus vſurariis aduersùs debitores, qui iurans vſuras ſoluere. iuxta *l. licet*, §. *hac obligatio iuncta gloſ. verbo part. ff. de procurat Princ. Inſtit. de action.* Colligunt hæc ex Bald. *in cap. 1. n. 6.* vbi Abb. *col vlt. de iureiur.* Bellamer. *in d cap. debitores, n. 27.* Soar. *de relig. tom. 2. tract. 3. lib. 2. de iuram. c. 27. n. 5.* Cætera quæ facere poſſunt ad intellectum huius text. inuenies *ad d. c. debitores.*

3 *Per cenſuram Eccleſiaſticam.* &c.] Vtrùm iudex ſecularis poſſit eſſe competens ad compellendos laicos creditores ad remittendas vſuras, & an ad abſolutionem ab huiuſmodi iuramento de ſoluendis vſuris ſit neceſſaria partis citatio, vide Cou. *lib. 1. vari. cap. 4. n. 5. cum ſeqq.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Vſurarius repetens vſuras non auditur niſi prius reſtituat extortas.*
2 *Legis auxilium fruſtra inuocat, qui committit niſi legem.*
3 *Vſurarius repetens vſuras ſibi debitas non auditur in prius reſtituerit quas ab aliis apparebit extorſiſſe.*
4 *Dictio,* nullatenus, *negat omnes caſus, & omnem potentiam*

## Cap. Quia fruſtra. LXV.

1 VSurarius ſi impetrat litteras vt ſibi reſtituantur vſuræ, quas ab eo alius extorſit, non auditur ſi priùs ipſe non reſtituat eas quas ab aliis accepit, quia qui peccat in legem, fruſtra inuocat legis auxilium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Anchar. Butr. Panorm. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 149. Alagona *in compendio iuris Canon. pag* 687. remiſſiuè Caſal. *in annot.* Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 10. cap. 4.*

2 *Fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit,* &c.] De hoc principio vide plures Doctores citatos *in bello de principiis vtriuſque iuris lit. F. num. 56.* & per me *Axiom.* 136. *num.* 21. Intellige, quando deliquit in eandem legem, cuius auxilium implorat, ſecus, ſi delinquat in aliam diuerſam, vt per D. Barboſ. *in l. viro atque vxore, n. 20. ff ſoluto matrim.*

3 *Niſi prius ipſe reſtituerit vſuras.* ] Notatur ad hoc, quòd vſurarius repetens vſuras ſibi debitas, vel agens vt fructus computentur in ſortem, non auditur niſi priùs reſtituerit vſuras, quas ab aliis apparebit extorſiſſe per ſe, per patrem, vel defunctum: cuius ſit hæres, quæ exceptio admitti debet in quocunque iudicio, tam ordinario, quàm delegato, vt per Gemin *de vſuris commento 4. in præfat. num.* 14. Fulu. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 59. num.* 54. vbi tenet quòd eſt iſte caſus ſpecialis in quo ratione doli ſit compenſatio circa diuerſa, D. Barboſ. *d. l. viro atque vxore, num.* 17. Farin. *fragm. criminal. part. 1. lit. D, verbo delicta, numer.* 119. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. numer.* 99. vbi etiam dicit quòd hoc fallit in elerico, vel procuratore repetente vſuras à ſe ſolutas nomine Eccleſiæ, auditur enim ſic repetens quantumuis & ipſe ſit vſurarius.

4 *Nullatenus.*] Dictio hæc negat omnes caſus, & omnem potentiam, vt per Menoch. *concil.* 383. *num.* 14. Modern. *de iuriſdict. part. 4. caſu* 143. *num.* 10. Cened. *practic. ſing* 69. *num.* 3. Et habet vim præciſæ prohibitionis, Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ.* 51. *n.* 18. Ego ipſe *tract. de diction. vſufreq. dict.* 226.

### *SVMMARIVM.*

1 *Compendium huius tex. refertur.*
2 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur remiſſiuè.*
3 *Vſura indiciis, & coniecturis probatur.*
4 *Vſura eſt difficilis probationis.*
5 *Contractus in dubio fauore animæ in materia, quæ ſapit vſuram, præſumi debet fœneratitius*
6 *Doctoribus iuris Canonici, an verò Magiſtris in Theologia ſit potius adhærendum in iudicando, quando actus continet vſuram remiſſiuè.*

## Cap. Cùm in diœceſi. XV.

1 ORdinarius poteſt procedere cum pœnis *cap. quia in omnibus, ſup. eod.* contra vſurarios manifeſtos aliis argumentis, ſi nullus accuſator apparet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Butr. Anchar. Panorm. Petr. Binsfeld. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag.* 149. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 687. refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 10 cap. 5.*

2 *Vſurarij manifeſti.*] Qui ſint dixi *ad cap. quia in omnibus, 3. n. 2. ſup. hoc tit.*

3 *Si tamen aliis argumentis,* &c.] Notatur ad hoc, quòd vſura indiciis & coniecturis probatur, ex eo quia fœneratores tam occultè, & fraudulenter ſuos ineunt contractus vt de prauitate fœnoris vix conuinci poſſint de quo vide Tiraquel. *de retractu conuent. in præfat num. 36. & 37.* Auendan. *de exequendis man. part. 1. cap. 29. n. 2.* Menoch. *de arbitr. caſu* 235. Perez *ad lib. 8.* *Ordin. pag.* 42. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 8. tit. 17. num. 6.* Pradil. *in ſumma legum pœnalium p. 1. c. 30. num. 4.* Valaſc. *conſult. 56. num. 2.* Cardoſ. *in praxi iudicum & aduocat. verbo vſura. n.* 19. Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib. 3. cap. 22. num.* 29. eſt enim vſura difficilis probationis. Auendan. *de tract. part. 1. cap. 1. num.* 17. Maſcar. *de probat concluſ.* 1417. *num. 3. cum ſeqq.*

In

5 In dubio fauore animæ in materia, quæ ſapit vſuram, contractus præſumi debet fœneratitius, vt per Tiraquel. *de retract. conuent. num.* 128. Menoch. *conſil.* 109. *num.* 3. Maſcard. *de probation. concluſ.* 1398. *num.* 1. Valaſc. *concil.* 154. *num.* 16. Marta *de iuriſdict.*
